latio nō ꝯfundit qꝛ tūc hec esset uera in sensu cōposito
duo ꞇ duo sunt duo: qd̄ falsum est: in illo eniꝫ sensu est
hec uera / duo ꞇ duo sunt q̄tuor: ex qb⁹ sequit᷑ ꝙ q̄tuor
sunt duo qd̄ est ipossibile: ergo altera p̄missarū in sen
su cōposito in quo inferūt illam ꝯclusionē. ¶ Ad pri
mum argumētū nego ꝯn̄tiam. Ad ꝓbationē dico ꝙ il
la determinatio intelligenda est de p̄dicato: sic / plures
hoies sunt vnus hō ꝑticipatione spēi idest in ꝑticipan
do spēm. ¶ Ad scd̄m dico ꝙ determinabile nō contra
hit determinationē sed ecōuerso: maxime nō ad scd̄m
quid. vnde hic hō mortuus non stat mortuus ꝑm quid
lꝫ aliquādo cōtrahat ipsum ad supposita. nam hic hō
albus stat albū tm̄ pro albo in hoie. ¶ Ad tertiū dico
ꝙ nō ualet ꝯn̄tia sunt indiuisa in hoie siue in forma ho
minis: ergo sunt vnus hō. uel hō indiuisus qꝛ in an̄ce
dēte significat᷑ hō ut habēs rōnem determinationis re
spectu vni⁹ sed in ꝯn̄te ut determinabile. ¶ Ad quar
tum dico negādo ꝯn̄tiā. Ad ꝓbationē dico ꝙ illud qd̄
ponit᷑ loco ꝯn̄tis si sit vnū ut hic: iste ꞇ iste sunt vn⁹ hō:
est uera in sensu diuisionis: lꝫ non compōnis: nō eniꝫ
habet pro opposito tm̄ vnus homo. sed hāc: nō plures:
qd̄ bn̄ stat cum an̄cedente: qꝛ hic negat᷑ p̄dicatuꝫ a plu
ribus sumptis per modum pluriū: qd̄ ibi affirmat᷑ de
pluribus sumptis per modū vnius: qꝛ ibi diuisim hu
ic ꞇ illi: est enim uterqꝫ signū diuisiuū. hic cōiūctū am
bobus. Uel pōt cōcedi ꝙ stant simul: tm̄ vnus homo
est vnus homo: ꞇ uterqꝫ est vnus hō: qꝛ enim uterqꝫ di
stribuit pro suppositis diuisim non excludit aliqd̄ sup
positum hic: tm̄ vnus homo: sub illa rōne qua pro eis
distribuit uterqꝫ.

¶ Differentia vō cōmuniter proprie ꞇ magis proprie dicitur. cap̄ quarto.

Questio. XXIII.

Circa Capitulum de differētia queritur p̄mo an hec diuisio prima differen
tie. s. in differētiam cōmuniter proprie ꞇ ma
gis proprie sit conueniens: Qꝛ non videt᷑: qꝛ nō est di
uisio generis in species: genus enim eque ꝓprie dicit᷑
de speciebus. Nec totius in partes integrales: qꝛ to
tum non predicat᷑ de partibus talibus sed diuisum hic
p̄dicat᷑ de diuidētibus. Nec uocis in significationes:
qꝛ tūc hec uox differētia p̄mo iportaret illa tria: ꞇ non
sequeret᷑ ad diuidētia: nec esset diffinibile: qꝛ equiuoci 6. top.
non est diffinitio. Nec est aliqua diuisio per accidēs: c. 2.
patet quia in omni membro diuisionis intelligit᷑ per
se diuisum qd̄ nunq̄ꝫ accidit in diuisione per accidēs.
Item hec diuisio non est per opposita. tuꝫ qꝛ est trimē
bris: ergo aliquod membroruꝫ alteri non opponit᷑: qꝛ
tm̄ vnum vni opponit᷑. Tum qꝛ ad vnum mēbruꝫ seq
tur aliud: seqtur enim differūt magis ꝓprie ergo diffe
rūt coiter. i. accidēte aliquo. seqtur etiam differunt ꝓ
prie ergo coiter: ꞇ etiā seqtur differūt magis ꝓprie er
go ꝓprie. ¶ Cōsil'is dubitatio est de diuisione que po
nit᷑ ad declarādū diffinitionē generis: ibi eoꝝ que p̄di
cant᷑ ꞇc. qꝛ qd̄ p̄dicat᷑ de pluribus p̄dicat᷑ ꝓprie: qd̄ de
vno solo coiter vnū etiā mēbrū videt᷑ sequi ad aliud: ꞇ
ul'iter de diuisionibus per ꝓprie ꞇ coiter datis. ¶ Ad
oppositum est Porphyrius.

Dicendum ꝙ tales diuisiones sunt bone: q̄r sunt uocis in siḡtiões nõ uocis equoce penes p̄mũ modũ equocatiõis: q̄r sic equoca p̄mo ĩportãt multa: sed penes 2ᵐ moduʒ q̄r uox sic equoca siḡt vnũ ꝓp̄e: ⁊ ex ĩpõne: aliđ trãsũptiue ⁊ ex usu
c.2. sic̃ dicit Ar. p° elẽchoꝝ. Scđs modus est ex eo ꝙ soliti sum⁹ sic dicẽ. ¶ Ad p̄ᵐ argᵐ pʒ ꝙ nõ seq̄t ad didẽtia neqʒ diffinit ut equocũ sed sũpta in vno sensu vniuoca est ⁊ põt diffiniri ⁊ eẽ p̄nᵐ ꝯñtie. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ mẽbra sunt opposita. ¶ Ad p̄ᵐ ꝯ̄ hoc dicẽdũ ꝙ hẽt reduci ad diuisionẽ bimẽbreʒ: sic diaꝝ q̄dã magis ꝓpria q̄dã nõ magis ꝓp̄a ⁊ ultra nõ magis ꝓp̄a: q̄dã ꝓpria: q̄daʒ coĩter: ⁊ sic ul̄r oĩs diuisio nõ bimẽbris reducit ad bimẽbrẽ. Alia aũt mẽbra posita sũt mẽbra s̄bdiuisionis ⁊ ponunt ꝑꝑ breuitatẽ loco diuisi in eo: ex hoc ꝙ diuisuʒ est vnũ mẽbrũ p̄ncipalis diuisionis. ¶ Ad 2ᵐ ꝯ̄ hoc dico ꝙ mẽbra debẽt itelligi s̄b p̄cisiõe ⁊ sic nullũ seq̄t ad aliđ. Sic ẽt in diuisiõe sequẽti q̄dã facit alteratũ que dã aliđ q̄ mẽbra nõ sũt oppoᵗᵃ nisi sumat alteratũ tm̄.

¶ Differt eni sor. a. pla. alteritate. ⁊ ip̄e a se sene. uel iã pucro. uel iã viro. Cap. eodẽ.

Questio. XXIIII.

Queritur Circa p̄ᵐ mẽbruʒ diuisionis diẽ. An sit hec uera: sor. senex differt a seip̄o puero. Q đ nõ vi: q̄r relõ reg̃rit duo extrema in actu: q̄r si sit suũ s̄bm est: ⁊ si hoc ei⁹ correlatm̃ est: q̄r relatia sũt sil̄ nã: sʒ sor. senex ⁊ sor. puer nõ sunt sil̄ nã in actu: ḡ dĩa que est relõ q̄dã non est iter illa ut extrema: cui⁹ oppoᵐ nõt illa ꝓpõ. ¶ Itẽ si sor. senex differat a seip̄o puero: ḡ nõ est idẽ sibi puero: ḡ nõ est idẽ sibi. p̄ᵃ ꝯñtia pʒ: q̄r idẽ ⁊ dĩns opponuntur: ḡ ad vnũ seq̄tur negõ alteri⁹. ꝓbõ scđe ꝯñtie negõ in añte negat idẽtitatẽ ul̄r: ḡ seq̄t negõ idẽtitatis eiusdẽ a se: sic̃ a supiori ad iferi⁹ negãdo: ⁊ hoc tm̄ sig̃t ꝯñs ¶ Itẽ seq̄tur sor. senex differt a se puero. ḡ sor. senex ⁊ sor. puer dĩnt: ḡ sor. senex ⁊ sor. puer sunt multa: ⁊ ultra ḡ sor. ⁊ sor. sunt multa. ꝯñs est falsuʒ: ḡ ⁊ p̄ᵐ añs. ꝓbatio p̄ᵉ ꝯñtie: sic eni seq̄t in oib⁹ relatiuis eq̄perãtie. seq̄t eni sor. est sil̄is pl̄oni: ḡ sor. ⁊ pl̄o sunt sil̄ꝭ. Et rõ est hec: q̄r relatm̃ eq̄perãtie equal̄r denoiat utrũqʒ extremũ.
t.non hñte.c ¶ Probõ scđe: dĩa est spẽs multitudis p Ar.
t.c.10 5. ⁊. 10. meᶜᵉ. seq̄t ḡ dĩnt ergo sũt mlt̄a sic̃ sequet albuʒ est ḡ coloratũ. ¶ Probõ tertie ꝯñtie: q̄r ab iferiori ad
12. ⁊ suũ sup̄i⁹ tenet affirmãdo queãdmodũ a determiatio-
17. ⁊ ne nõ diminuẽte seq̄t ad determiabile: sic arguit ibi ḡ
ide. ꝯñtia bona. ¶ Ad oppoᵐ est Por⁹. ¶ Itẽ arguit rõne sic circa ens imediate opponunt idẽ ⁊ diuisuʒ. p Ar.
t.c.12 x. meᶜᵉ. aut ḡ sor. senex ⁊ sor. puer sunt idẽ ul̄ diuersuʒ. Nõ idẽ q̄r tũc hec affirmatia sor. senex est sor. puer: eẽt uera sed hoc est falsuʒ: ḡ diuisum: ⁊ hic sumit differens ut est cõmune ad omne diuersum.

Respondeo dõm ꝙ ꝓpõ distiguẽda est s̄m equocationẽ: q̄r sũpto differre in cõi est uera ꝓpõ q̄r isto mõ qđcũqʒ accñs ipedit oĩmodã idẽtitatẽ. Accipiẽdo tñ diaʒ ꝓp̄e ul̄ magis proprie: est ꝓpõ falsa ut pʒ ex rõne istaꝝ diaꝝ. ¶ Ad p̄ᵐ argᵐ põt dici ꝙ opʒ extrema relõnis eẽ in actu q̄ ad rõnẽ referẽdi ⁊ nõ q̄ ad exñtiã: q̄r p̄us ⁊ posteri⁹ lʒ nõ sil̄ existãt tñ sil̄ sunt s̄m rõnẽ qua referunt: nã qñ p̄us est s̄b rõne p̄oris: posteri⁹ est s̄b rõne posterioris: lʒ tũc nõ existãt. ¶ Al̄r põt dici ꝙ sor. puer nõ est p se extremuʒ h⁹ relõnis: sed sor. puer dĩns: q̄r p se extrema relõnis eq̄perãtie noiant eodẽ noie illi⁹ relõnis: illđ aũt extremũ est p se sil̄ cũ sor. sene dĩnte: q̄r pro eodẽ tp̄e est hoc dĩns ab illo ⁊ illud ab isto. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ hec ꝯñtia nõ ualet nõ est idẽ sibi puero: ḡ non est idẽ sibi: q̄r in p̄ᵃ negat idẽtitas respectu termini accñtalis: in scđa vo respectu termini s̄balis: qui iportat p sibi qđ est relatiuum reciprocũ ⁊ in hoc fit fallacia ꝯñtis q̄r ad diuisitatem accñtalẽ nõ seq̄t diuisitas s̄balis sed eꝯ̄: sed si li sibi in ꝯñte referat añs cuʒ determiatiõe. s. hic totũ: sor. senex tũc pʒ ꝯñtia nõ ualẽ: q̄r in añte ⁊ ꝯñte respectu diuersoꝝ termioꝝ accñtaliuʒ negat idẽtitas. Vñ qđ hic assumit in ꝓbõne ꝙ in añte negat idẽtitas ul̄r falsum est: sed tm̄ respectu h⁹ termini sor. puer. ¶ Ad 3ᵐ dico ꝙ negat p̄ᵃ ꝯñtia ꝑꝑ negõnẽ iclusam in differt: ut pʒ i aliĳs: q̄r hec est uera sor. differt ab oĩ hoie sicut sor. nõ est idẽ oĩ hoĩ. hec tñ est falsa sor. ⁊ oĩs hõ dĩnt sicut hec sor. ⁊ oĩs hõ nõ sunt idẽ. Ad ꝓbõnẽ dĩ ꝙ tenet in relatiuis eq̄perãtie: ubi nõ icludit negõ ut de sil̄i pʒ sic nõ est de dĩa. ¶ Cõtra hec negõ inclusa in differt nõ tollit talẽ ꝯñtiã nisi ꝑꝑ hoc ꝙ terminus p̄cedẽs ip̄m ⁊ s̄bsequẽs diuersaʒ hẽt supponẽ. vñ tenet obs̄uata eadem suppõne talis ꝯñtia ẽt cũ differt: sed in singularib⁹ nõ refert p̄ponẽ ul̄ postponẽ negõnẽ per Ar. 2° ꝑyarme- c.1.
nias. ergo in illis cũ differt bñ tenet talis ꝯñtia. ¶ Iõ põt ꝯcedi illud ultimũ ꝯñs. s. sor. senex ⁊ sor. puer sunt multa. Sed nõ sequit igit sor. ⁊ sor. sunt multa: q̄r illa determiatio in añte respectu talis p̄dicati diminuit a sor. absolute: iõ nõ sequit ut supius ad iferi⁹ sed ut s̄m qđ ad simpl̄r. Sil̄r in illo ꝯiũcto sumit sor. s̄m accñs: q̄r s̄m rõnẽ alic⁹: qđ s̄m rõnẽ talis p̄dicati est sibi extraneum absolute sumpto: ⁊ in dictis s̄m accñs: siue p̄dicatis siue subiectis non tenet a ꝯiunctis ad diuisa per
Ar. secundo ꝑyarmenias. t.2.

¶ Dĩa est qua abũdat spẽs a gñe. ca. eodẽ.

Questio. XXV.

Queritur De hac p̄ma diffõne dĩe. s. dĩa est qua spẽs abũdat a gñe an sit ꝯueniẽter data. Q đ non vi: q̄r qđ abundat ab alio est in plus illo. gen⁹ est in plus q̄ʒ spẽs c.3 s̄b
⁊ nõ ecõuerso p Ar. in p̄dicam̄tis. ubi dicit aĩal plus stãtia
cõplectit q̄ʒ hõ ergo ⁊c̃. ¶ Iteʒ si sic quero a quo spẽs hẽt diaʒ: nõ a nullo q̄r ex nihilo nihil fit. nõ a se: q̄r nihil facit se eẽ in actu. si igit hẽat ergo hẽt hoc a gñe sed hoc est incõueniẽs ꝑꝑ duo. Primũ est q̄r tũc nõ abundaret in hoc a gñe cũ utrũqʒ hẽat illud. Scđo q̄r hẽret tũc genus in se ꝯ̄ria: qua eniʒ rõne vna spẽs hẽt vnam diam a gñe pari rõne alia spẽs hẽbit aliã diã sibi oppositã ḡ utrãqʒ ergo opposita sil̄. Dicit hic sicut Por⁹ in l̄ra rñdẽ vĩ ꝙ spẽs hẽt diã a gñe: ⁊ ita genus hẽt illã diam in potẽtia tm̄: spẽs aũt actu. Nec seq̄t tũc p̄ᵐ incõueniẽs: q̄r illud abũdare debet itelligi q̄ ad actuʒ hr̄e. ¶ Ad 2ᵐ dĩ ꝙ nõ est incõueniẽs opposita sil̄ inesse eidẽ in potẽtia. ¶ Cõtra p̄ᵐ a nullo põt aliq̄đ ueri⁹ haberi q̄ʒ ip̄m illud in se hẽat: igit a gñe nõ põt spẽs hẽre ueri⁹ diã illã q̄ʒ genus hẽat illã: sed spẽs hẽt illã actu: genus tm̄ in potẽtia: ḡ spẽs illã a gñe nõ hẽt. ¶ Cõtra 2ᵐ: oĩs potẽtia est reducibilis ad actũ: igit si opposita in potẽtia isunt gñi poterũt iesse actu qđ est ipossibile. ¶ Item contra utrũqʒ simul. Istud qđ tm̄ inest alicui in potẽtia non predicat uere de illo cum hoc uerbo est q̄r esse denotat actualem vnionem extremorum: sed hec est uera animal est rationale: ergo predicatum non tm̄ inest subiecto in potentia. ¶ Ad oppositũ est Porphyrius.

Dicendum ꝙ spẽs abundat a genere in dĩa quia diffinitio exp̄mit totuʒ per se intellectum diffiniti: quia aliter non conueniret primo diffinitio: sed diffinitio constat ex genere ⁊ differẽtia: ergo differẽtia est aliq̄d de per se intellectu speciei: ⁊ non de intellectu generis: quia si sic genus per se predicaretur de differentia: uel econuerso: quoruʒ utrũqʒ est falsum: ⁊ nugatio esset in diffinitione: quia ponendo rõnem generis ⁊ differẽtie locũ noium idem bis diceret: ergo spẽs abundat dĩa a genere. ¶ Ad primum

dico ꝙ eē in plus est dupl'r.s.ꝭm ꝯtinentiā actualē uel
potētialē:siue ꝭm idifferētiā:⁊ isto scđo mō gen⁹ est in
plus ut vult auctas adducta: spēs vō alio mō ⁊ iō sic
abūdat a gñe. ¶ Ad 2m dico sicē dictū est:q2 sicē cōpositū
nāle hēt formā in potētia a mā inq̄ztū mā est in potētia
per se ad formā ⁊ iō qñ mā est/est ēt forma cōpositi in
potētia:formaz aūt hēt cōpositum in actu ab agēte:qđ
actu iducit formā in māz:sic spēs in potētia hēt dr̄iā a
gñe qđ est ꝓportionale māe. ¶ Ad ꝑmū ꝯtra hoc:ꝯce
do ꝙ spēs nō hēt dr̄iam in actu a gñe:q2 nec gen⁹ illam
hēt actu. ¶ Ad 2m pōt dici ꝙ nō est icōueniēs opposi-
ta in actu icē eidē gñe lꝫ sit icōueniēs de eodē numero
¶ Uel al'r ꝙ potētia nō dicit hic ordo ad actū sicut su
t.c.2. mit.9.meta.sed potētia dr̄ hic ideterminatio sicut per
⁊ ide oppositū act⁹ ꝓpe determinat aliud ⁊ tūc gen⁹ hēt dif-
ferētias in potētia.i.ideterminate:⁊ isto mō nō intelli
git ꝓpō illa ꝙ ois potentia reducibilis est ad actum.
¶ Per hoc ad aliđ ꝯcedo eni ꝙ hec est uera aīal est rō
nale.nā sua ꝯtradictoria est falsa sed non est uera vni-
uersaliter nō est eniꝫ incōueniēs aliqd p̄dicari uere de
eo qđ est in potētia ad ipsuꝫ.i.indeterminate se habet
ad ipm ⁊ hoc particulariter non vniuersaliter.

¶ Definiunt aūt ⁊ hoc modo.ca.co.

Questio.XXVI.

Q**ueritur** an dr̄ia possit diffiniri:? Dr̄ nō vr̄:q2 dr̄ie nō est dr̄ia:sic
eni eēt ꝓcedē in ifinitū:oē aūt qđ diffinit hēt
dr̄iam. ¶ Itē sola spēs diffinit dr̄ia nō est spēs. ¶ Ad
oppositū est Porphyrius.

Ad qōnem dicēdū ꝙ dr̄ia pōt diffiniri quia
hēt gen⁹.s.ul'e qđ per aliquā per
se dr̄iam descēdit in ipsam ut patebit in sol'one qōnis
sequētis. ¶ Ad ꝑm ꝯcedo ꝙ dr̄ie non est dr̄ia respectu
cui⁹ dr̄ia hēt rōnē dr̄ie:sꝫ pōt hēre dr̄iaꝫ respectu cui⁹ ip
sa est species sicē hic qđ est p̄dicari in q̄le per qđ ꝯstituit
dr̄ia in sua spe sicē hō per rōale. ¶ Cōtra tūc dr̄ia respe-
ctu alicui⁹ nō est dr̄ia qđ est falsum: q2 nec'io est dr̄ia ⁊
per se ergo respect⁹ ad qđcūq3 nō poterit illud tollere.
Cōcedo ꝙ dr̄ia ut qd in se nō est dr̄ia ut modus:tū ne-
cessario est differētia ut qd sic species est modus eius.
¶ Ad aliud concedo ꝙ differētia est species.

¶ Differentia est que de plurib⁹ differēti-
b⁹ spē in eo qđ quale sit p̄dicatur.ca.co.

Questio.XXVII.

Q**ueritur** An hec diffinitio sit ꝯueni
ens:dr̄ia p̄dicat de plurib⁹
differētib⁹ spe in eo ꝙ q̄le:? Dr̄ nō vr̄ q2 diffini
tū excedit diffinitionē.p̄dicat eni diffinituꝫ de ultima
dr̄ia ⁊ cōpletiua spēi ⁊ nō diffinitio:q2 illa dr̄ia tm̄ iest
spēi spālissime ⁊ ei⁹ suppositis. ¶ Itē diffinitio exce-
dit diffinitū:ꝓbat q2 sensibile p̄dicat de plurib⁹ diffe-
rētib⁹ spe in eo ꝙ q̄le:⁊ tū nō est dr̄ia:q2 dr̄ia est abstra
ctū significās aliquā intētionē scđam. Impossibile est
aūt aliquā scđam intētionē in abstracto p̄dicari de re
ꝑme intētionis.ꝓbatio assūpti q2 differēs dr̄ denoiati
ue a dr̄ia.denoiatiuū autē tm̄ differt ab abstracto solo
casu ergo ⁊c.añs patet p Porphyriū.nam ubi vult ex
ponē mēbra diuisionis dr̄ie exponit sic.differt eni sor.
senex a se puero ⁊ ꝯsil'r in alijs. ¶ Itē hoc qđ est p̄dica
ri de/est rō relatiui ut patet de ul'i dr̄ia aūt nō est relati-
uū q2 relatio nō refert.eēt enim ꝓcedē in ifinitū: dr̄ia
aūt est relatio q2 ꝭm ipsam refert differēs ad differens
est eni relatio equipantie.oē eni differēs aliq̄ dr̄ia dif-
fert a differēte ergo dr̄ia nō refert. ¶ Hoc ēt patet idu
ctiue:q2 ad nullā rē ꝑme intētionis refert q2 nō est sil'
nā cū aliq̄ nec ad aliquā scđam intētionē:q2 nō ad ge-
nus uel spēm uel idiuiduū:q2 q̄dlibet illoꝝ hēt corre-
latiuū ut patet ex p̄dictis nec ad ꝓpriū ul' accñs qđ est
manifestū. ¶ Itē oē diffinitū differt spe ab alijs per su
am diffinitionē:dr̄ia aūt nō differt:q2 sꝫm ⁊ p̄dicatū si
gnificat sub oppositis modis iseꝑabilib⁹ qui cāsant falsi
tatē. Itē Porphy⁹ ponit alias diffinitiones ergo uel il
le nō ualēt uel ista nō ualet:q2 vni⁹ tm̄ est vna diffinitio
per Ar.6° topicoꝝ. Ad oppositū est Porphyrius. c.4.

Dicēdum ad qōnē ꝙ dr̄ia est duplex.q̄dā ulti-
ma.q̄dā itermedia.hec diffinitio cō
uenit dr̄ie itermedie ul'iter ⁊ est uera diffinitio.ponun
tur eni ibi gen⁹ ⁊ dr̄ia ipsius dr̄ie:q2 dr̄ia spēs est respe-
ctu ul'is:sicē de gñe ꝑus dictū est:q2 ul'e per dr̄ias sibi ad
ditas in ipsam descēdit:q2 ille per se diuidūt ul'e ⁊ ipm
ad dr̄iam ꝯhūt:dr̄ie aūt per se diuise supioꝝ per se sunt
ꝯstitutiue iferioꝝ:q2 per illas sup̄⁹ determinat ad infe
ri⁹.tū nō est diffinitio dr̄ie ul'r q2 nō dr̄ie ultime. Sicut
eni est q̄dā spēs spālissima ⁊ q̄dā subalterna:⁊ sicut est
aliq̄ descriptio data de spe spālissima tm̄:sic est differē
tia q̄dā ultima ⁊ quedā itermedia sic ꝙ est aliq̄ descri
ptio ꝯueniēs dr̄ie itermedie cuiusmodi est ista. ¶ Con
tra illa dr̄ia ultima nō diffinit nisi per differētib⁹ nūo:
ergo est aliud ul'e ab ista dr̄ia hic diffinita:sicut spēs est
aliud ul'e a gñe:nō eni est alia dr̄ia iter gen⁹ ⁊ spēm nisi
in differētib⁹ spe ⁊ nūo que duo ꝯsil'r se hūt circa p̄di-
cari in qd ⁊ in q̄le:cū igit p̄dicari in qd faciat duo ul'ia
ergo p̄dicari in q̄le alia duo. ¶ Itē ꝭm nullā vnā diffi
nitionē dr̄ia ꝯuenit dr̄ie itermedie ⁊ ultime: q2 in illa
diffinitione opꝫ hēre p̄dicari de plurib⁹ in q̄le:⁊ non
poterit poni differētib⁹ spe nec nūo:ergo equoce cōue
nit illis:nec illud tm̄:de plurib⁹ in q̄le:sufficit q2 pluri
bus equoce ꝯuenit plurib⁹ spe ⁊ nūo:sicut vnū equo-
ce ꝯuenit vni spe ⁊ vni in nūo.ut patet.5.meta.ca° de t.c.8.
vno. Sꝫ tūc videt ꝙ diffinitio ul'is in qua ponit p̄di- ⁊ ide
cari de plurib⁹ absolute ⁊ nō pro aliquo significato ni
hil ualeat:uel si sic tunc poterit dr̄ia diffiniri in cōi per
p̄dicari de plurib⁹ in q̄le:itelligēdo q̄le pro q̄li eēntia-
li. ¶ Sꝫ ꝯtra tūc gen⁹ ⁊ spēs erūt vnū ul'e:sicē ⁊ dr̄ia cu
ius vni⁹ ul'is eēt vna diffinitio p̄dicari de pluribus in
qd. Dici pōt ꝙ gen⁹ ⁊ spēs non tm̄ differūt per hoc ꝙ
est p̄dicari de plurib⁹ nūo ⁊ spe differētib⁹:sꝫ in qd ꝯue
nit eis equoce:q2 gen⁹ p̄dicat ptē eēntie:spēs vō totuꝫ:
nō sic aūt q̄le sꝫale ꝯuenit equoce dr̄ie ultime ⁊ iterme
die:q2 utraq3 dicē ptēꝫ formalē.diffinitio igit ista est tm̄
dr̄ie itermedie ⁊ nō ultime. ¶ Dr̄ie aūt in cōi est suffi-
ciēs diffinitio p̄dicari de plurib⁹ in q̄le:que ꝯuenit utri
q3 dr̄ie:p̄dicari aūt in qd vniuoce nō ꝯuenit gñi ⁊ spēi
ideo illa sūt duo ul'ia:dr̄ia vō vnū. ¶ Pro diffinitiōe
autem ul'is ⁊ differētie sic in cōi oportet dicē plura eē
vniuocū ad plura spe ⁊ ad plura nūo licet vnū isit vni
nūo ⁊ spe sicut simpl'r ⁊ ꝭm qd:sicut nō hō est vniuo-
cū ad mortuū ⁊ nō mortuū:licet hō cōueniat simpl'r ⁊
ꝭm qd illis:nec vnū est equiuocū ad illa:q2 tūc suū op
positū eēt equiuocū cū sibi oimode opponat:sed signi
ficat simpl'r vnū nūo ⁊ pro alijs nō accipit nisi per de
terminationē distrahētē:sicut nec hō pro hoie mortuo.
Nec est iconueniēs vnuꝫ licet nō sit equiuocū adhuc
distingui in hec.5.meta.⁊ ꝑmo topicoruꝫ.q2 sic multa
alia noia distinguunt ibi nō in equocata:sed in simpl'r
⁊ ꝭm qd ut patet ibi de ꝑuatione. ¶ Ad ꝑmū argumē 5. mce
tū patet. ¶ Ad 2m dico ꝙ dr̄ia pōt eē nomē ꝑme iten- t.c.27
tionis ul' secūde.ꝑmo mō est nomē abstractū ⁊ signifi
cat relationē ⁊ est spēs multitudis ut multuꝫ est dr̄ia
entis Scđo mō est ꝯcretū sicut ⁊ alia noia itentionuꝫ
de qbus hic agit ⁊ trāsumit a dr̄ia ut est nomē ꝑme in
tētionis:significat aūt itentionē applicabileꝫ ei qđ est
ꝑncipiū formale dr̄ie ut est res ꝑme itētionis. ¶ Cum
ōñdit ꝙ sit abstractū pōt dici ꝙ differre tātū dicit de-
nomiatiue a dr̄ia ut est nomē ꝑme itentiōis: ⁊ ꝙ dicit
Porphyri⁹ ꝙ sor.senex differt a se puero nō est q2 dr̄ia
ut est itentio sit in vno extremo ⁊ denoiet ipm.sic sor.

differt: sed sic est illud ad ꝓpositū si sor. senex differt a se puero: ergo differētia est iter extrema ut differētia est nomē pri me itētionis: ergo in altero extremo est aliqđ ꝑncipiū qđ dr̄ differentia ut differentia est itētio illud est pueritia: ergo pueritia est differentia cōis ⁊ sic est itelligēdū de extremis aliorū mēbrorum. ¶ Ad 3m pōt dici ꝙ differentia ut est res ꝑme itentionis est relatio ⁊ sic nō refert: ut aūt est scđa itētio refert ⁊ nō est relatio. Cū aūt per iductionē ōndit̄ ꝙ nō refert: pōt dici ꝙ ꝑm rōnē sui gn̄is refert ad illud de quo dr̄ qđ uocari pōt sbm: qr̄ ꝑdicatū refertur ad sbm nec ad idiuiduū nec ad spēm ut ad ꝑmū correlatiuum:
c.9. qr̄ ꝑm Ar̄. 4o topicorum. opꝫ spēm dici ad illud ad qđ gen⁹ dr̄. ¶ Dr̄ aūt in spāli ꝙ differentia ꝑm ꝙ diuisiua dr̄ ad gen⁹ nō ꝙ gen⁹ sit ꝑmū ei⁹ correlatiuū: qr̄ ꝑmo est spēi sed rōne diuisi ita ꝙ ꝑmo dr̄ ad diuisum: ꝑm aūt ꝙ est ꝯstitutiua dr̄ ad spēm nō inq̄ꝫtū spēs sed inq̄ꝫtū ꝯstituta per differentiam. Per hoc patet ad 5m qr̄ nō sunt multe diffinitiones differentie ꝑm se: sꝫ ꝑma est ei⁹ ꝑꝫ ꝙ est ꝯstitutiua spēi: est eñi sensus differentia est qua abūdat spēs a gn̄e: idest que cū gn̄e cōstituit spēm ita ꝙ ibi ponit̄ spēs ut correlatiuū differentie inq̄ꝫtū spēs est ꝯstituta ⁊ differentia constitutiua: abundat a gn̄e: ponit̄ pro ꝯstituere ⁊ ꝓpria rōne cōstituēdi: qr̄ nō ut gen⁹ cōstituit spēm. ¶ Scđa diffinitio est differentie itermedie inq̄ꝫtū est uniuersale: sed si sumat̄ gn̄alis depto hoc ꝙ est differētib⁹ spē: est ꝓpria differentie inquātū hic de illa agit̄. ¶ Alie due diffinitiones sūt differentie iquātum diuisiua est. ꝑma dat̄ a diuisione actiua in qua ponitur rō differentie diuisiue. s. nata diuidē: cum correlatiuo. s. diuiso ⁊ termino diuisionis. s. ea in qua diuisum diuidit̄. s. ea que sunt sub eodē gn̄e. ¶ Quarta non multū ualet: ut ipse dicit in lr̄a: ⁊ cū corrigit̄ tūc ꝯhit̄ magis ad differentiam ꝯstitutiuā. ¶ Ad 4m pōt dici: ꝙ differentia ut est nomē scđe itētionis est equocū. vno eñi mō significat itētionē applicabilē ei qđ est ꝑncipium differentie ut est relatio realis sic rōnale dicit̄ differentia ⁊ sic est uniuersale hic. Alio mō significat relationē rōnis cui⁹ spēs sunt differentia nūo ⁊ differentia spē a qb⁹ dr̄ denoiatiue differēs spē ⁊ differens nūo ⁊ sic est abstractū: sicut qñ est nomē ꝑme itētionis. Hoc videt̄ ꝓbabile qr̄ differēs spē est vniuoce in oī gn̄e: ergo est denoiatiuū itētionale. sil̄r differentia diffinita sic qua differūt a se singula: repit̄ in oī gn̄e: qr̄ tm̄ diuersificat̄ per mām accidētalē: ergo ⁊ differēs ꝯcretiue dictū qđ ponit̄ in ei⁹ diffinitione. nō est eñi diffinitio nec descriptio ꝯueniens nisi ꝯūtat̄ cū diffinito uel descripto: ergo aliq̄ mō est differentia abstractū: ⁊ nomē scđe intētionis a quo possit denoiatiue dici differre: ut est itētionale. ¶ Tūc ad argumētū ꝯcedo ꝙ differentia differt ab alijs uniuersalib⁹ diffinitiōe ⁊ spē: nec significat̄ idē per sbm ⁊ ꝑdicatū sub disparatis rōnib⁹. ¶ Cōtra: videt̄ ꝙ differentia ut est uniuersale sit abstractum: tū qr̄ est qua differūt a se singula per q̄rtā diffinitionē: quo eñi aliqđ est albū illud est albedo. Tū ēt qr̄ si sit cōcretū ⁊ denoiatiuū: a quo abstracto dicet̄ denoiatiue videt̄ ꝙ a nullo. ¶ Ad ꝑmū dico ꝙ diffinitio sic itelligi debet. differentia est qua nō ut forma iformāte ut est de albedine sꝫ qua ut itētione applicabili ad ꝑncipium differentie spē singula differūt a se differentia spē: qr̄ differre denoiatiue dicit̄ de differentia ut est relatio rōnis. ¶ Ad aliđ dico ꝙ ei⁹ abstractū nō significat̄ vno noīe sicut nec abstractū generis spēi ⁊ accn̄tis uel ꝓprij que oīa ꝯstāt eē concreta sed pōt exꝑmi pro circūlocutione sic: itētio differentie: ⁊ illđ nō ꝑdicat̄ de rōnali. ¶ Juxta dicta pōt dici ꝙ multum cū oīb⁹ spēbus suis ⁊ ita vnū per oppositū ꝑsīt equoce eē res uel itētiones. ꝑmo mō loquit̄ de eis metaphisicus. scđo logic⁹ ⁊ sic facil̄r saluat̄ eorum vniuocatio in oī gn̄e: tū in qđ pōt eē equocū ad plura spē ⁊ nūo: saluat̄ ēt quō plrib⁹ nō sit equocū in diffinitione uniuersalis.

¶ Risibile enim et mortale de hoīe predicatum in eo qđ quale est homo dicit̄: sed non in eo qđ quid est. ca. eo.

Questio. XXVIII.

Queritur de ultima pticula secūde diffinitionis differentie. s. an differentia ꝑdicet̄ in q̄le: Qr̄ nō videt̄ qr̄ qđ dicit̄ a q̄dditate: differentia ꝑdicat q̄dditatē ei⁹ cui⁹ est: alr̄ nō poneret̄ in diffinitione ei⁹. igit̄ ꝑdicat̄ in qđ. ¶ Jtē si ꝑdicat̄ in q̄le igit̄ est q̄litas: ꝯn̄s est falsum: qr̄ accn̄s est posteri⁹ sba differentia est por spē. ¶ Jtē si ꝑdicat̄ in q̄le ꝑdicat̄ denoiatiue. ꝯn̄s est falsum qr̄ qđ ꝑdicat̄ denoiatiue ꝑdicat aliā eēntiā a sbo. ¶ Jtē ꝑdicatio denoiatiua distinguit̄ cōtra ꝑdicationē vniuocā per Ar̄. in ꝑdicamētis. differentia autē ꝑdicat̄ vniuoce sicut spēs ⁊ gn̄a per Ar̄. in ꝑdicamētis caplo de suba. in secūda ꝓprietate ergo nō denoiatiue. ¶ Ad oppositum est Porphy⁹.

Dicendum ꝙ differentia ꝑdicat̄ in q̄le: qđ ostendit auctor duplr̄. Primo qr̄ ad q̄ōnē factā per q̄le ꝯuenieñter rn̄det̄ per differentiam. Scđo qr̄ sicut est in cōposito reali ita ꝓportionabilr̄ est in cōposito rōnis. in cōposito aūt reali est aliqđ hn̄s rōnē māe: ⁊ aliqđ rōnē forme: igit̄ in cōposito rōnis erūt aliqua istis ꝓportionabilia. nā oīa ex qb⁹ fit vnū per se: alterū est ut potētia alterū ut act⁹ per Ar̄. 8o metaphisi. differentia t.c.6. 9.⁊.15
aūt nō hēt modū māe qr̄ nō est ideterminata: nec in potētia: que ꝓpria sunt māe: ergo hēt modū forme. forma vo ⁊ q̄litas ⁊ act⁹ idē sūt ergo hēt modū q̄lis respectu spēi ⁊ hoc est ꝑdicari in q̄le. ¶ Jntelligēdū tn̄ ꝙ sic est act⁹ duplex. Prim⁹ qui facit ens simplr̄ in actu. Et secundus qui presupponit ens in actu. ⁊ tm̄ facit ens in actu talē: sic est forma dup^x ⁊ q̄litas duplex ⁊ ita a q̄litate duplici duplex est modus: q̄le: differentia sumit̄ a ꝑmo actu. s. a forma specifica que est q̄litas eēntialis. ⁊ iō ꝑdicat̄ in q̄le eēntiale nō accn̄tale sicut alia duo uniuersalia sequētia. ¶ Ad ꝑmū argumētū dico ꝙ ad ꝑdicari in qđ nō sufficit ꝙ ꝑdicet qđ sed ꝙ ꝑdicet qđ per modū qđ. differentia aūt ꝑdicat eēntiā per modū iformātis nō per modū subsistētis. ¶ Ad 2m dico ꝙ est q̄litas ꝑꝫ ꝙ dicit̄ 5o metaphisice. sed nō ut q̄litas est vnū gn̄alissimū sed equoce: ut forma q̄litas ⁊ act⁹ sunt eadem trāscēdentia. t.c.19
¶ Ad 3m dico ꝙ ꝯn̄tia nō ualet qr̄ opꝫ addē in an̄te ꝙ ꝑdicat aliā nām: ⁊ illud est falsum ⁊ sine illo non sequit̄ ꝯn̄s. Uel alr̄ ꝙ accepto q̄li accn̄tali in an̄te vꝫ ꝯn̄tia sꝫ sic nō ponit̄ an̄s uerū. nā denoiatiuū differt a ꝑncipali solo casu. i. cadētia ad sbm: ⁊ illud tm̄ ꝯuenit his que ꝑdicant̄ in q̄le accn̄tale: qr̄ qđ ꝑdicat̄ in q̄le essentiale nō hēt ipm pro sbo: ut accn̄s dicit̄ eē in sbo. ¶ Contra rn̄sionē ad ꝑmū argumētū si ꝑdicet qđ ⁊ nō per modū qđ igit̄ illud qđ ꝑdicat ⁊ modus sub quo ꝑdicat sunt opposita. dico ꝙ opposita debēt fieri circa idē ideo qđ ut res ⁊ q̄le ut modus non opponunt̄ sed res rei ⁊ modus mōi: ut plurale significatū ⁊ singlare ut modus nō opponunt̄. sunt enim sil̄ in hac dictione plurale ⁊c̄.

¶ Assignāt ⁊ hoc mō: differentia est qua differūt a se singula. nāqꝫ ꝑm genus nō differūt. Sumus enim aīalia nos ⁊ irrōnalia: ſꝫ additū rōnale disiūxit nos ab illis. Rationales sumus nos ⁊ dij: ſꝫ mortale appositum nobis disiūxit nos ab illis. cap. eo.

Questio. XXIX.

Circa q̄rtā diffinitionem differentie querit̄ an mortale sit differentia aīalis rōnalis diuisiua ⁊ hois ꝯstitutiua: Qr̄ sic videt̄ per Porphyriū hic ⁊ in caplo de specie. Jtē rōnale nō est ultima hois differentia ergo ꝑter illā oportet addē aliā: illa autē nō est nisi mortale. ꝓbatio an̄tis. ultima differentia couertit̄ cū diffinito: sed rōnale nō conuertit̄ cum hoīe: qr̄ inest

c.3. Intelligētijs:ut hic dicit Porphy⁹ ꝛ Arꝫ.p° ethicoꝝ.
t.c.33 ℂ Di: ꝙ equoce iest illis ꝛ nobis. ℂ Cōtra per Arꝫ.2°
t.37. de aīa. potētie distinguunt̄ per act⁹:ꝛ act⁹ per obiecta:
obiectū aūt act⁹ itelligēdi eoꝝ ꝛ nr̄i idē est.s.qȯ quid
est rei mālis:saltē idē gn̄e.ergo potētia nālis vniuoca.
Jtē si rōnale sit ultima hoīs dr̄ia:ergo irrōnale erit dif
ferētia ultima ꝯstitutiua alteri⁹ spēi tm̄:qꝛ dr̄ie diuisi
ue addite gn̄i sil'r spēs ꝯstituūt. ℂ Ad oppositū aīal rō
nale nō p̄dicat̄ in qd de differētib⁹ spē ergo non est ge
nus.aūs patet:qꝛ itelligētie cū nō sint sube aīate sensi
biles nō erūt aīalia per locū a diffinitione:ꝛ p̄ter nos
ille sunt tm̄ rōnales:ergo aīal rōnale nō hēt dr̄ias diui
siuas. ℂ Jtē mortale nō ꝯstituit spēm.p̄batio.dr̄ia su
mit̄ a forma vn̄ iest spēi rōne forme:mortale tm̄ ratiōe
mãe:qꝛ mã est p̄ncipiū quare res pōt eē ꝛ nō eē per Arꝫ.
t.c.22 7.meta.ꝛ hoc itelligit̄ tm̄ de materijs idiuidualib⁹ que
nō ptinēt ad spēi eēntiã. ℂ Jtē dr̄ia p̄mo inest spēi po
stea vō idiuiduis qꝛ per formã spēi:mortale vō ecōuer
ipse so:qꝛ per Arꝫ.p° meta.act⁹ ꝛ gn̄ationes oēs per se sūt
circa singularia.ut callias sanat̄ per se:hō vō per acci
dēs:mortale dicit aptitudinē ad trāsmutationē:apti
tudo aūt ad aliqd est ei⁹ per se cuius est termīn⁹ aptitu
dinis. ℂ Jtē dr̄ia est p̄or spē uel sil':sed mortale poste
rius hoīe p̄m nām:qꝛ p̄us nã est hō q̄ȝ sit apt⁹ ad disso
lutionē. ℂ Jtē ultima dr̄ia ꝯuertit̄ cū diffinito morta
le nō ꝯuertit̄ cū hoīe. Jtē dr̄ia ꝯducit ad eē ꝛ est ps rei
per Porphy^m mortale nō cōducit ad esse hoīs.

Ad qōnē dicēdū pp istas rōnes ꝙ aīal rōnale nō est genus:nec mortale dr̄ia diuisi
ua eius uel ꝯstitutiua hoīs. ℂ Ad Porphy^m di ꝙ loq
tur p̄ȝ opinionē Platonis qui dicit itelligētias aīalia
eē rōalia.diffinit enī aīal:ꝙ est sb̄a se mouens motu uo
lūtario:ꝛ hec rō cōpetit itelligētijs. ℂ Contra h̄ Por
phy⁹ nō loquit̄ hic de aīali p̄m hãc diffinitionē:sed p̄m
hãc suba aīata sensibilis:qꝛ ponēdo coordinationē eo
rū que sunt in gn̄e sube diuidit corp⁹ aīatū in insensibi
le ꝛ sensibile:ꝛ sub corpe aīato collocat aīal:per hoc i
nuēs gen⁹ descēdē in hãc spēm per alterã dr̄iarū diuisi
uarū:sic aūt collocat Arꝫ.aīal:ꝛ sil'r diffinit per illō ge
nus ꝛ illas dr̄ias:ergo loqtur p̄m opinionē Arꝫ. Pōt
igit̄ cōcedi ꝙ nō loqtur de aīali p̄m opinionē Plato
nis.qꝛ p̄m illã rōnē nō loqtur quã ponit Plato de aīa
li:sed loqtur p̄m opinionē vulgi:nihil enī coiter ꝯcipi
tur nisi per aliquã spēȝ imaginatiuã:ꝛ ideo coiter ima
t.c.75 ginatio circa isensibilia decipit:iō dicit̄ 3° phisi.ꝙ fatu
um est credē imaginationi:ꝛ ideo vulgus seqūs ima
ginationē ꝯcipit de itelligētijs q̄si idē qȯ de substātijs
corpeis:ꝛ ita eēnt ponēda aīalia rōnalia p̄m uerã rōnē
aīalis:sic aūt loqtur Porphy⁹ qꝛ loqtur min⁹ puectis
qui nō itelligūt multū remota a sensu. ℂ Ad rōneȝ di
co ꝙ rōnale est equocū nobis ꝛ itelligētijs:ipse enī in
telligūt per spēs inatas nō acqsitas ideo nō egēt sensi
ipn⁹ bus ad sciās:nos vō idigem⁹ per Arꝫ.p° posterioꝝ.qꝛ
oīs nr̄a cognitio ortū hēt a sensu. ℂ p̄.ipse intelligūt
t.c.14 cōplexa sine discursu:nos vō cū discursu:ut dicit̄ 3° de
talibi aīa.oē nr̄m itelligē est cū ꝯtinuo tpe. ℂ Cōtra qꝛ tunc
eodē mō irrōnale erit equocū:qꝛ quot modis dr̄ vnuȝ
c.12. oppositoꝝ tot ꝛ reliquū per Arꝫ.p° topicoꝝ.ergo hec
est uera vno mō itelligētia est irrōnalis:qȯ videt̄ incō
ueniēs. ℂ Jtē equoca sunt quoꝝ solū nomē cōe est:er
go si rōnale sit equocū illis ꝛ nobis:seqtur ꝙ tm̄ sit cōe
p̄m nomē:sed nos sumus itelligētes p̄ȝ rē:ergo ipē tm̄
p̄m nomē. ℂ Ad p̄mū istoꝝ dici pōt ꝙ nō est incōueni
ens hãc multiplicitatē ꝯcedē p̄m equocationē:intelli
gētia est irrōnalis ꝛ uera est in vno sensu. ℂ Uel aliter
ꝙ est simpl'r uera:qꝛ irrōnale tm̄ opponit̄ rōnali:ut est
dr̄ia aīalis:nō aūt ut est dr̄ia ꝯstituēs spēȝ sb̄e incorpee
sicut ꝯuenit itelligētijs:ꝛ tūc hec hō est rōnalis est om
nino falsa:ꝛ hec bos est irrōnalis oīno uera. ℂ Contra
p̄uatū nihil p̄prie dicit̄ nisi hoc ꝙ est aptū natū habe
re habitū:bos nō est aptus eē rōnalis:ergo nō est irrō
nalis. ℂ Pōt dici:ꝙ in cōpōne irrōnalis debet accipi
negatiue nō p̄uatiue. ℂ Cōtra tūc nō est dr̄ia aīalis di
uisiua qꝛ excedit aīal:nec p̄dicat̄ de ea per se dr̄ia supi
oꝝ.s.sensibile:qꝛ nō est de itellectu eius:si tm̄ iportat ne
gationē rōnalis. ℂ Dici pōt ad utrūqꝫ ꝙ hic est tm̄ ne
gatio in gn̄e nō extra gen⁹ ut est dr̄ia aīalis. ℂ Uel po
test ꝯcedi pp scōm istoꝝ ꝙ nō est dr̄ia p̄prie loquendo:
qꝛ dr̄ia quelibet accipit̄ a forma:ꝛ ideo diuersarū spe
cierū diuerse sunt dr̄ie p̄prie. ℂ Al'r pōt dici ad p̄mam
obiectionē ꝙ p̄uatiue oppositū actui uel alicui signifi
canti actū p̄uat actū ꝛ relinqt aptitudinē:sed p̄uatiue
oppositū alicui significāti aptitudinē p̄uat actū ꝛ apti
tudineȝ:ꝛ si qd relinqt hoc est tm̄ p̄m gen⁹.rōnale aūt
tm̄ significat aptitudinē:ꝛ irrōnale hoc p̄uat:est tū ir
rōnale aptū hēre rōnē p̄m genus:qꝛ in quãtuȝ aīal sibi
nō repugnat sicut nec talpe vidē. ℂ Ad aliud de rōne
equocoꝝ:dico ꝙ equocū in utroqꝫ sensu est vniuocum
significãs aliqd ꝛ nō tm̄ uox:tū nihil est cōe significan
tis nisi tm̄ uox:sed in hoc sensu accipit̄ uox cum vno si
gnificato in isto:ꝛ cū alio significato in alio:sic rōnale
p̄m uocē ꝛ significationē p̄fectiorē in se iest illis q̄ȝ no
bis. ℂ Ad illud qȯ p̄mo obm̄ est ꝯtra illã rn̄sionē pōt
dici ꝙ dictū Arꝫ.uerū est:sed non dicit p̄cise potētias
distingui per obiecta:sed pn̄t distingui per diuˢos mo
dos opandi aliter nō eēt sensus cois distincta potētia
a sensib⁹ pticularib⁹ qȯ est cōtra Aristo.2° de aīa.disti Te.c.
guit̄ enim a sensib⁹ pticularib⁹ pp diuersum operandi 145.ꝛ
modū circa idē obiectū:qꝛ qȯ per se cognoscit̄ ab aliq̄ circit
sensu pticulari per se cognoscit̄ a sensu cōi. ℂ Ad aliō
p̄ncipale pōt dici ꝙ nō oportet ꝙ si vna dr̄ia cū gn̄e cō
stituit spēm spālissimã ꝙ alia sil'r:lȝ utraqꝫ ꝯstituat spe
ciē.vn̄ aīal irrōnale si irrōnale sit dr̄ia uera:pōt eē gen⁹
itermediuȝ ꝛ aīal rōnale diffinitio cōpleta hoīs ꝛ hoc
maxime est uerꝫ:qn̄ est oppositio impfecti ad pfectū:in
quolibet enim gn̄e vno pfecto exn̄te sunt multa impfe
cta per recessum ab illo p̄m diuersuȝ gradū:ut patet in
colorib⁹:rōnale aūt est pfectissimū in gn̄e aīalis.

ℂ Propriū vō quadrifariam diuidūt ꝛc. cap.v.

ℂ Circa capitulum de p̄prio. Questio.XXX.

Queritur Utrū p̄priū sit uñe. Qꝛ nō videt̄:qꝛ oppositū nō p̄di
cat̄ de opposito p̄priū ꝛ cōe opponunt̄:ergo
hec est falsa p̄priū est cōe:sed cōe ꝛ uñe idē sūt
ergo. ℂ Jtē nulla itētio p̄dicat̄ uere in abstracto de re
p̄me itētionis:hec est uera risibilitas est p̄prietas:ergo
p̄priū nō est itētio. ℂ Jtē per Arꝫ.in 4° topicoꝝ si ge
nus est ad aliqd ꝛ spēs uñe est ad aliqd p̄priū nō:ḡ ꝛc. c.9.
Prima pars minoris patet:qꝛ uñe cū sit eēntialr pre
dicabile dicit̄ ad illud de quo p̄dicat̄ siue ad subijcibi
le. Scōa p̄bat̄:qꝛ p̄priū nō refert̄ ad illud cuius est p̄
priū.nã nullū accn̄s refert̄ ad suū sb̄m:qꝛ tūc oē accn̄s
eēt relatiuū. ℂ Sil'r illud cuius est p̄priuȝ p̄us nãliter
est p̄prio.relatiuū aūt est sil' eēt nã cuȝ correlatiuo nec ad
aliquã aliã refert̄ itētionē ut patet iductiue sic argu
tū est sup̄ de dr̄ia. ℂ Jtē p̄priū manet nō exn̄te intelle
ctu:qꝛ nō exn̄te itellectu adhuc sicut p̄us:hēre tres:in
est oī triãgulo ꝛ soli ꝛ semp. ℂ Ad oppositū est Por
ꝛ Arꝫ.p° topicoꝝ ponēs p̄priū eē p̄dicatū:ergo uñe. c.3.

Ad qōnem dicēdū ꝙ p̄priū est uñe:qꝛ p̄dicat̄ de plurib⁹:est enim p̄m Arꝫ.pri t.4.
mo topicoꝝ.p̄dicatū ꝯuersim.i.ꝯutibil'r de illo cuius
est p̄priū.illud aūt est uñe:qꝛ pōt eē demōstrationis sb̄
iectū:qꝛ oē p̄priū pōt demōstrari de eo cuius est p̄priū
per diffinitionē.ultīum aūt est demōstratio per Arꝫ.p̄
mo posterioꝝ.ergo si ipm̄ subiectū p̄dicat̄ de plurib⁹ ꝛ c.4.

suū ꝯuertibile p̄dicat̄ de plurib⁹ qḋ est ꝓpriū. ¶ Intelligēdū tñ q̄ ꝓpriū est equocū: qꝛ pōt eē nomē p̄me itētionis: ⁊ sic opponit̄ cōi ⁊ pōt aliqd dici ꝓpriū indiuidui: sicut ⁊ spēi ⁊ sic est cōcretū ⁊ a ꝓprietate dictum. ¶ Alio mō ꝓpriū est nomē scd̄e intētionis significās intētionē scd̄am. s. p̄dicatū ꝯuertibile nō p̄dicās eēntiā: ut diffinit̄ p̄mo topicoꝝ. ⁊ sic est spēs ulis: qꝛ ul'e descēdit in ipm per d'ias per se diuisiuas eius. s. p̄dicari ꝯuertibilr̄ in q̄le accñtale. ¶ Ad p̄mū argumētū dici pōt q̄ ꝓpriū opponit̄ cōi ut est res p̄me intētionis: nō aūt ut est scd̄a itētio. Uel aliter q̄ sunt relatiua ⁊ vnū relatiuū dicit̄ de alio: nō tñ oppositū de opposito: quia nō sunt opposita nisi respectu eiusdē. ¶ Propriū aūt in respectu spēi: cōe est respectu īdiuiduoꝝ sub spe ꝯtētoꝝ: qꝛ de illis dicit̄ ut de plurib⁹ nō de spe cuius est ꝓpriū. ¶ Ad aliud patet: qꝛ ꝓprietas est abstractū proprij: ut est nomē p̄me itētionis nō scd̄e. ¶ Cōtra: risibile est ꝓprietas: risibile est ꝓpriū: ergo ꝓpriū est ꝓpetas: p̄misse sunt uere: ergo ꝯclusio: sed res p̄me itētionis sic nō p̄dicat̄ de re scd̄e itētiōis in abstracto sicut nec ecōuerso. ¶ Itē si ut est nomē scd̄e itētionis est ꝯcretū qd est eius abstractū. ¶ Ad p̄mū dico: q̄ est fallacia accñtis: qꝛ ex̄ne eisunt accñtia realia ⁊ itētionalia ipsi sb̄o. ¶ Ad 2ᵐ dico q̄ ei⁹ abstractū nō significat̄ vno noie sicut nec in alijs q̄tuoꝛ: sed per circūlocutionē sic exprimit̄ itētio ꝓprij. ¶ Ad 3ᵐ p̄ncipale dici pōt q̄ si genus sit ad aliqd oportet spēm eē ad aliqd per se sed nō p̄mo sed fm genus sic ꝓpriū fm suū genus qḋ est ul'e dicit̄ ad aliqd. s. ad illud de quo dicit̄ uel ad sb̄m: qꝛ p̄dicatū dicit̄ ad sb̄m. ¶ Aliter pōt dici q̄ fm ꝓpriā rōnē refert̄ p̄mo ad spēm nō inq̄ztū spēs: sed inq̄ztū hn̄s ꝓpriū ¶ Cū dicit̄ q̄ nō qꝛ accñs non refert̄ ad sb̄m. Dico q̄ sb̄m ꝓprij ut est itētio nō est spēs: sed res aliq̄ p̄me itentionis ut risibile sicut de ul'i sup̄ dictum est: tñ illud cui applicat̄ itētio ꝓprij pōt eē in eo cui applicat̄ intentio spēi: ut risibile in hoie. ¶ Ad scd̄am ꝓbationē cū dicit̄ ꝓprio p̄us est illud cuius est ꝓpriū: dico q̄ sb̄m fm se est p̄us sed nō inq̄ztū hn̄s ꝓpriū: nō est aūt correlatiuū ꝓprij nisi inq̄ztū hn̄s ꝓpriū. ¶ Ad 4ᵐ dico q̄ nihil ꝓprie accidit alij ut ibi sumit̄ accidit nullo exn̄te intellectu: silr̄ nec accidit oi: qꝛ nihil est cōe omni cui possit accidere aliquid nullo intellectu existente.

¶ Et qḋ soli accidit ⁊ omni ⁊ semp̄: queād modū homini esse risibile ⁊c̄. ca. co.

Questio. XXXI.

Queritur de diffinitione ꝓprij quarto mō dicti an hec diffinitio. s. qḋ accidit oi ⁊ soli ⁊ semp̄ sit ꝯuenienter data. Q̄ nō videt̄: qꝛ nō ponit̄ ibi genus ꝓprij qḋ est ul'e: nec rō eius loco sui. ¶ Itē ista rō cōpetit d'ie ultime ⁊ cōpletiue spēi qꝛ illa ꝯuertit̄ cū diffinito per Arꝫ t.c.43 7. meta. ergo ⁊c̄. ¶ Itē ꝓprietas sic ꝯueniēter diffinit̄ nō ergo ꝓpriū nisi per accñs. ¶ Itē accñs est distincta spēs a ꝓprio: ergo icōueniēter ponit̄ in eius diffinitione. ¶ Itē dat̄ per copulatiōnē: ergo est icrepanda per Arꝫ. 6. topicoꝝ. Itē diffinitū cū sit intētio pōt eē vniuocū in oi gn̄e: sed accñs nō est vniuocū: qꝛ tunc tñ essent duo gn̄alissima substātia. s. ⁊ accidens. ¶ Ad oppositum est Porphyrius.

Ad q̄ōnem dicēdū q̄ ista diffinitio est cōueniēter data qꝛ per p̄mā ꝑticulā s. accidit: habet̄ rō p̄dicati ⁊ modus p̄dicandi. s. in q̄le accñtale: per oi ⁊ soli ⁊ semp̄: habet̄ ꝯuertibiliter. ⁊ per has d'ias descendit ul'e in ꝓpriū ut patet in diuisione c.4. ul'is. est etiā hec rō eadē illi que ponit̄ ab Arꝫ. p̄mo topicoꝝ. ꝓpriū est p̄dicatū nō p̄dicās eēntiā ꝯuertibilr̄. Sciēdū est aūt q̄ accñs equoce est nomē p̄me intentionis ⁊ scd̄e. p̄mo eni significat nāꝫ extra aiāꝫ fm q̄ Arꝫ 5. meta. diuidit ens in subām ⁊ accñs. Scd̄o modo ad t.c.13 ⁊ ide huc est equocū vno eni mō idē est qḋ p̄dicatū nō essentiale ⁊ sic est idē qḋ eēt in/in fm q̄ eē in/distinguit̄ cōtra dici de: in p̄ncipio p̄dicamētoꝝ qꝛ qḋ dicit̄ de: est p̄dicatū eēntiale qḋ est in: nō est eēntiale. Alio mō est intētio quedā sumpta a ꝓprietate in re sub quo ⁊ ei⁹ opposito itelligi pōt illud cuius est accñs sine repugnantia. De accñte p̄mo mō nō loq̄tur logicus nisi per accñs. Scd̄o mō ponit̄ in diffinitione proprij. Tertio mō est vnū ul'e distinctū ꝯtra alia q̄tuoꝛ. ¶ Ad p̄mū argumētū patet. Per accidit eni itelligit̄ p̄dicari per omni de plurib⁹ sub spe ꝯtētis: illa enim particula (in hoc q̄ est vna ex quo habet̄ conuertibilitas eius cū specie) dicit vniuersitatē ei⁹ ad oia q̄bus iest spēs cuius est ꝓpriū. ¶ Ad 2ᵐ patet q̄ d'ia nō accidit: qꝛ p̄dicat eēntiam: lꝫ nō per modū eēntie. ¶ Ad 3ᵐ dico q̄ ꝓpetas ut est nomē p̄me intētionis: nō sic ꝯueniēter diffinit̄. sunt eniꝫ que diffiniūt fm itellectū: ergo ibi sumunt̄ intētiones que nō diffiniūt rē p̄me intētionis: qꝛ sunt nāliter posteriores ea: si sit nomē scd̄e intētionis significās idem qḋ intētio ꝓprij: illa nō ꝯueniēter diffinit̄ sic: qꝛ illa significat̄ sub mō opposito ei quo ꝯuenit accidere actu. ¶ Ad 4ᵐ patet: qꝛ ꝓcedit de accñte tertio modo dicto ¶ Ad 5ᵐ dico: q̄ per oia illa copulata: oi ⁊ soli ⁊ semper: debet itelligi vnū circūlocutū. s. ꝯuertibilr̄: ⁊ non est incōueniēs ponere copulationē ad circūloquēdum aliquid in diffinitione. ¶ Ad sextum patet: qꝛ ꝓcedit de accidēte primo modo.

¶ Nā ⁊ si nō rideat semp̄ tñ risibilis hō dicit̄ nō q̄ iam rideat: ꝫ q̄ aptus nat⁹ sit ad ridēdum: hoc aūt ei semp̄ naturale est.

Questio. XXXII.

Queritur An ꝓpriū sit distinctū ul'e ab accñte? Q̄ nō videt̄: q̄a ꝓpriū uel est suba uel accñs. nō suba: qꝛ ois sb̄stātia est eēntialr̄ eadē alij uel eēntialr̄ diuersa. ꝓpriū nō est suba eēntialr̄ diuersa a spe qꝛ tūc ipossibilr̄ p̄dicaret̄ de spe: nec eēntialr̄ eadē qꝛ tūc poneret̄ in diffinitione spēi cū diffinitio totā exp̄mat eēntiā diffiniti nō aūt ponit̄ qꝛ pōt demōstrari de spe per ei⁹ diffinitionē. ¶ Itē oē qḋ est in cōposito p̄ter māꝫ ⁊ formā est eius accñs. qꝛ hec sola sbam rei ꝯstituūt. ꝓpriū est in cōposito p̄ter hec: ergo ⁊c̄. ¶ Iteꝫ oē resultās ex cōpōne forme cū mā est accñs. ꝓpriū est huiusmodi ꝫ ⁊c̄. ¶ Iteꝫ ecōuerso q̄ oē accñs sit ꝓpriū ꝓbat̄. Oē accñs diffinit̄ per sb̄m per Arꝫ. 7° metaphi. ergo enūciat̄ per se scd̄o mō de illo sb̄o per qḋ diffinit̄ qꝛ hec est rō secūdi modi per se q̄n in rōne p̄dicati ponit̄ sb̄m: ergo illud accidēs de illo sb̄o pōt demōstrari: qꝛ sic sunt oēs cōclōnes demōstrationis per se ergo illud est ꝓpriū respectu subiecti. ¶ Itē sumpto aliquo accñte. quero de illo: aut iest huic sb̄o per se: ⁊ erit ꝓpriū. aut nō: sed per accñs per ꝫ q̄ iest alij. aut igit̄ illi alij iest per se ⁊ sic est ꝓpriū: uel si semp̄ per accñs ꝓcedet̄ in ifinitū in sb̄is. ¶ Itē ad p̄ncipale. ꝓpriū diffinit̄ per accñs ergo nō differt eēntialiter. ¶ Itē accñs diuidit̄ per sepabile ⁊ isepabile. ꝓpriū videt̄ eē accñs isepabile. ¶ Ad oppositū est Porphy⁹ ⁊ Arꝫ. p̄mo topicoꝝ ponens ꝓprium ⁊ accidens duo distincta predicamenta.

Te.c. 4.17. ⁊.19.

c.3.

Ad q̄ōnem dicēdū q̄ sunt distincta ul'ia q̄a accñtiū quedā sunt ab itrinseco: ⁊ hoc uel rōne māe ut quātitas. uel q̄litatū actiuarū sicut q̄litates sensibiles posteriores. quedā ab extrīseco ⁊ hoc duplr̄. uel manēt amoto illo extrīseco ut nigredo ab estu. uel nō manēt. ut calor uel figura aque que sibi derelicta redibit ad ꝓpriā nām. Nullū istoꝝ est ꝓpriū: qꝛ nullū istoꝝ ꝯuertit̄. ¶ Est enim defect⁹ in aliq̄ triū ꝑticularū req̄sitaꝝ ad ꝯuertibilitatē uel in oibus.

¶ Est p̃ter hec accñs qd̓ iest sp̃ei rõne forme: ita ꝙ for
ma sp̃ei est eiꝰ per se ⁊ imediata cã: posita aũt cã neces-
saria ⁊ p̃cisa ⁊ imediata ponit̃ ⁊ effectꝰ. ⁊ amota amo
uet̃: ideo oĩ h̃nti formã sp̃ei iest tale accñs ⁊ semp: ⁊ nõ
h̃nti formam sp̃ei nõ iest tale: ergo est simpl'r ꝯuertibile
cũ sp̃e: ⁊ põt per diffinitionẽ de ea demõstrari. ꝓprium
igit̃ ut hic sumit̃ est itẽtio applicabilis tm̃ accñtibꝰ ulti
mis: ſʒ accñs ut est ꝗntũ ul'e applicat̃ tm̃ alijs p̃us enu
meratis: que dicunt̃ accñtia coĩa. uel qꝛ coĩter insunt
s̃bo ⁊ alijs. uel coĩter. i. idifferẽter isunt ⁊ nõ isunt. siue
sic siue sic nõ sunt cõuertibilia. ¶ Sic igit̃ patet diffe-
rẽtia istarũ intẽtionũ per se: ex diffinitionibꝰ earuʒ: qꝛ
ꝓpriũ est p̃dicatũ nõ eẽntiale ꝯuersim. Et ideo sub eiꝰ
opposito nõ põt itelligi illud cuiꝰ est sine repugnantia
qꝛ intelligeret̃ imediata per se cã ⁊ necĩa sub opposito
sui effectꝰ p̃mi: sed accñs est qd̓ adest ⁊ abest. uel qd̓ cõ
tingit eidẽ ineẽ ⁊ nõ iesse ut dicit̃ p̃o topicoꝝ. i. s̃b quo
⁊ eiꝰ opposito põt itelligi illud cuius est sine repugnã-
c. d̓ ac tia: qd̓ dicit Porꝰ de accñte isepabili: de quo minus vi
cñte det̃ quõ abest uel adest: qꝛ s̃bm põt itelligi sub opposi-
to dicẽs. põt enim coruus itelligi albꝰ ⁊ ethiops nitẽs
cãdore. ¶ Ad p̃mũ argumẽtũ dicit̃ ꝙ ꝓcedit de accñ-
te ut est res p̃me intẽtionis. sil'r sc̃dʒ ⁊ tertiũ. ¶ Cõtra
tũc oẽ ꝓpriũ est accñs isto mõ: qꝛ cũ nullum ꝓpriũ sit
s̃ba videt̃ ꝙ oẽ sit accñs: qd̓ nõ videt̃ uerũ: qꝛ accñs p̃
me itẽtionis uel est ꝯcretũ uel abstractũ. Si abstractũ
nõ p̃dicat̃ uere de sc̃da intẽtione qꝛ nec per se p̃mo mõ
Si ꝯcretũ. Cõtra res p̃me intẽtionis nõ denoiant reʒ
sc̃de intẽtionis. ¶ Ad hoc dicit̃ ꝙ accñs ut est nomẽ
p̃me intẽtionis est equocũ ad. 9. g̃ñia: in hac eniʒ oẽ ꝓ
priũ est accñs: tm̃ põt accipi pro accñte vnius generis:
⁊ nullũ istoꝝ ul'r iest ꝓprio: qꝛ ꝓpriũ cũ sit vniuocũ ad
ꝓpriũ in hoc g̃ñe ⁊ in illo: pro oĩbꝰ distribuit̃. ⁊ accñs
stat tm̃ pro accñte vniꝰ g̃ñis: significat̃ ergo ꝙ oẽ ꝓpri
um cuiuscũqʒ g̃ñis sit accñs accipiẽdo accñs pro vno
significato: tñ hec est uera oẽ ꝓpriũ in hoc g̃ñe est acci
dẽs: accipiẽdo p̃dicatũ pro vno significato ⁊ est hec p̃-
dicatio reducibilis ad denoiatiuã: sicut ul'r qñ s̃bm p̃-
dicat̃ de accñte. qꝛ ꝓpriũ ut est intẽtio est accñs itẽtio-
nale applicabile ei qd̓ p̃dicat̃ de ipso pro aliquo iferio-
ri sicut albũ est aial: si albũ insit alicui aiali. ¶ Uel põt
dici ꝙ p̃dicatio denoiatiua vniuoca ⁊ equoca diuidũt
p̃dicationẽ s̃m se qñ subijcit̃ qd̓ natũ est s̃bijci ⁊ predi-
cat̃ qd̓ natũ est p̃dicari cuiusmodi p̃dicatio nõ est quã
do ꝯcretũ subijcit̃ respectu sui s̃bi. ¶ Cõtra hoc accñs
diuidit̃ in itẽtionale ⁊ reale. ⁊ accñs intẽtionale predi
cat̃ de oĩbꝰ istis ꝗnque per se. ¶ Põt dici ꝙ ista: ꝓpri-
um est accñs: nõ est uera sumẽdo accñs ut est ꝗntũ ul'e:
ut patet in sol'one q̃õnis. nec ut est res p̃me intẽtionis
nisi p̃dicatione per accñs in vno sensu equocationis:
⁊ hoc sumpto ꝓprio p̃ticulariter ut dictũ est in ultima
r̃nsione. Est aũt ul'r uera sumẽdo accñs pro accñte itẽ-
tionali. s. pro accñte qd̓ est idẽ ꝙ p̃dicatuʒ nõ p̃dicans
eẽntiã: sed ul'r falsa est: hec ꝓprium est accñs: ut hic est
sermo de accñte qd̓ est ꝗntũ ul'e. ¶ Ad 4m dicit̃ ꝙ acci
dẽs determinãs sibi s̃bm diffinit̃ per s̃bm qd̓ accñs uo
t.c.17 cat̃. 7. meta. accñs copulatũ ut symũ respectu nasi: nõ
⁊.19. qd̓libet aũt accñs est tale ut albũ uel alia accñtia coĩa.
t.c.4. ¶ Cõtra in. 7. meta. ꝓbat Ar. ꝙ s̃ba p̃cedit oẽ accñs
diffinitione: necesse est eniʒ in vniuscuiusqʒ rõne s̃be rõ
nẽ eẽ: qd̓ nõ videt̃ itelligi tm̃ de copulatis qꝛ tũc nõ ostẽ
deret ordinẽ s̃be s̃m se ad accñs s̃m se: qd̓ tñ ibi intẽdit
ut patet ex eo qd̓ ꝯcludit postea' ꝙ sufficit determinare
T.c.5 de sola s̃ba ad terminãdũ de ente ut diuidit̃ i. x. p̃dica-
mẽta. ¶ Itẽ vniuscuiusqʒ sicut est qd̓ qd est sic est diffi-
nitio: ergo si aliqd̓ accñs h̃ẽt diffinitionẽ absolutam si
ne subiecto: h̃ẽt qd̓ qd est absolutũ: igit̃ est ens absolu-
tũ: ergo est s̃ba: qd̓ est icõueniẽs. ¶ Ideo dicẽduʒ ꝙ oẽ
accñs reale diffinit̃ per s̃bm: qꝛ est ens per illud: nõ tñ
qd̓libet p̃dicat̃ sc̃do mõ per se de illo s̃bo: eo ꝙ s̃bm po-
nit̃ in eius diffinitione: sicut in diffinitione symi poni
tur nasus: nõ tñ hec est per se: nasus est symꝰ: qꝛ nec ue-
ra ul'r: sed sufficit ad hoc ꝙ s̃bm ponat̃ in diffinitiõe ac
cidẽtis ꝙ illud accñs nõ possit repiri nisi in illo tali s̃b
iecto. Plus aũt reqrit̃ ad p̃dicationẽ per se siue ad ꝓ-
priũ. s. ꝙ egrediat̃ ex ꝑ se p̃ncipijs s̃bi: ⁊ de tali s̃bo itel-
ligit̃ rõ sc̃di modi dicẽdi per se. ¶ Ad 5m g̃ dico ꝙ ac-
cidẽs qd̓libet iest alicui per se. i. sine medio: ⁊ ad illud
s̃bm est statꝰ: sed nõ qd̓libet iest per se ita ꝙ egrediat̃ ex
per se p̃ncipijs illius subiecti: sicut accipit̃ per se in se-
cũdo mõ: sicut albũ si inest hoi per accñs inest sufficiẽt
per se. i. imediate: sed nõ ut per se dicit cãm. ¶ Ad 6m
patet ꝙ accñs ut ponit̃ in diffinitione ꝓprij significat
idẽ qd̓ p̃dicãs nõ eẽntiã. ¶ Ad ultimũ dico ꝙ accñs i
sepabile h̃ẽt rõnẽ g̃ñalẽ accñtis. s. adeẽ ⁊ abesse ⁊c̃. qꝛ
sub eiꝰ opposito põt s̃bm itelligi siue repugnãtia itelle
ctꝰ: ut dicit̃ in l'ra de coruo ⁊ ethiope: sed sub opposito
ꝓprij nõ põt. Ideo ꝓpriũ nõ est accñs insepabile.

Questio. XXXIIII.

q Ueritur De hac p̃ticula diffinitio-
nis ꝓprij. s. semp. utrũ pro
priũ necẽio semp insit? Q' nõ videt̃: qꝛ risibile
nõ semp iest hoi: nõ enim hõ semp ridet. ¶ Dicit̃ ꝙ ri-
sibile semp iest s̃m aptitudinẽ sed nõ semp s̃m actum.
¶ Cõtra: semp inest hoi actu cã efficiẽs huius ꝓprij. s.
forma hois: igit̃ ⁊ iste effectꝰ semp est in actu. ¶ Item
ad p̃ncipale: s̃ba p̃cedit oẽ accñs tp̃e: ergo tp̃e est quã
do nullũ sibi iest accñs ut de accñte Ar. ibi loqtur: ſʒ
illo mõ ꝓpriũ est accñs: ergo s̃ba est sine ꝓprio. ¶ Itẽ
oĩs potẽtia passiua est potentia ꝯdictionis per Ar. 9. t.c.17
meta. s̃bm est in potẽtia passiua ad ꝓpriũ: qꝛ est mã eiꝰ
in qua: ergo põt eẽ sub ꝓprio ⁊ eius opposito: ergo nõ
est necessarium ꝙ ꝓprium semper insit. ¶ Ad opposi-
tum est Porphyrius.

Ad q̃õnem dicẽdũ ꝙ ꝓpriũ semp iest: ut pa-
tet ex p̃dictis: qꝛ ꝓpriuʒ egredit̃
ex p̃ncipijs s̃bi ⁊ maxime a forma non est aũt possibile
cãm necessariã ⁊ imediatã alicuius poni nisi ponat̃ ef-
fectus: ⁊ ideo qꝛ semp inest s̃bo sua forma: qꝛ non est id
qd̓ est nisi per illã: ideo semp sibi inerit ꝓpriũ. ¶ Ad p̃
mũ argumẽtũ dico ꝙ risibile semp iest actu: lʒ ridẽ nõ
semp insit: qꝛ ridere est cõe' accñs hois: nec inest hoi tm̃
aptitudinal'r: qꝛ illa aptitudo nõ est in iherẽtia risibilis
ad actũ: sed est ex p̃te ipsiꝰ ꝓprij in se: nec est icõueniens
ridẽ aptitudinal'r semp ineẽ actu hoi. ¶ Ad 2m dico ꝙ
illa ꝓpõ est itelligẽda per se: qꝛ s̃be inq̃ʒtũ est ex sua rõe
nõ repugnat tp̃e p̃cedẽ oẽ accñs cũ s̃ba s̃m se nõ depẽ
deat ab aliquo accñte: est tñ per accñs falsa qꝛ semp ac
cidẽs est qñ s̃ba est qꝛ ꝯsequit̃ imediate eẽ s̃be: nec est i
cõueniens ꝓpositionẽ per se uerã eẽ ipossibilẽ per acci
dẽs: sic dĩ. 6. phisicoꝝ. qd̓ oĩ motu ꝯtingit accip̃e mo- t. c. 15
tũ ueliciorẽ qd̓ uerũ est respiciẽdo ad motũ s̃m eiꝰ rõ
neʒ g̃ñalẽ sicut ibi loquit̃ Ar. de motu. sed in octauo t.c.76
eiusdẽ dĩ ꝙ oĩs motꝰ est determiate uelocitatis ⁊ tar- ⁊ cir-
ditatis: qd̓ ueꝝ est cõparãdo motũ ad determiata mo- citer
uẽtia ⁊ mobilia s̃m quã rõnẽ loquit̃ ibi Ar. de motu. Idem
Sil'r 4o phisicoꝝ cap'lo de uacuo supponit̃ in illa de- 2.ce.t.
mõstratione per ipossibile: sit eni spatiũ uacuũ: qd̓ quo c.53.⁊
cũqʒ corp̃e repleat̃ ꝯtingit accip̃e spatiũ repletũ corp̃e inde
subtiliori: qd̓ uerũ est s̃m rõnẽ g̃ñalẽ corp̃is inq̃ʒtuʒ re t.c.72
plẽs locũ. cuius oppositũ est manifestũ respiciẽdo de-
terminatas nãs nãliũ. ¶ Ad 3m dicit̃ ꝙ oẽ qd̓ est tm̃
in potẽtia passiua ad aliqd est in potẽtia ꝯdictiõis ad
illud. Subiectũ aũt respectu ꝓprij nõ est solũ in poten-
tia passiua sed in potẽtia effectiua: qꝛ effectiue est ꝓpri
uʒ a subiecto. ¶ Cõtra: mã ⁊ efficiẽs nõ coincidũt per
Ar. 2o phisicoꝝ: igit̃ nõ est s̃bm respectu ꝓprij mã ⁊ ef t.c.70
ficiẽs. ¶ Dicit̃ ꝙ uerũ est dictuʒ Ar. de mã ex qua. ⁊

efficiēte per trāsmutationē: nō de mā in qua ꝛ efficien te sine trāsmutatione cuiusmodi mā ꝛ efficiēs est sbm respectu passionis. ¶ Cōtra: oē efficiens est in actu respectu cui⁹ est efficiēs: ois mā est in potētia: sed idē nō est in potētia ꝛ actu respectu eiusdē. ¶ Pōt dici ꝙ idē pōt eē in potētia ꝛ in actu rōne diuersoꝝ. s. māe ꝛ forme ꝛ nō sūt opposita nisi accipiant̃ ꝫm idez ꝛ respectu eiusdem. Aliter dr̄ ꝙ potentia ante actum opponitur actui. non que est cum actu. ꝛ ista potentia sola est in subiecto respectu passionis.

Ad questionem dicit ꝙ analogum per se positū stat solū pro modo famosiori: nam sic utunt auctores ut patet per exempla adducta: sed oīs significatio nominis debet esse nota in sciētia: qꝛ per rōnem sciētificaꝫ significata terminoꝝ ꝓbare nō possumus. Ergo qꝛ auctores sic utunt ideo ꝯcedere debemus terminuz analogum sic debere accipi. ¶ Sed contra hoc arguo sic. Si terminus analogus qui dicit importare multitudinem imponat diuersis: quero utrum eis vna impōne imponatur uel diuersis impōnibus. Si vna cum vna impositio accipiat ex vna rōne significādi ista diuersa in illa rōne vniuocabunt. Si diuersis impōnib⁹ cum prima impositio nō magis imp̄mat uoci q̄ȝ scōa: sequitur ꝙ q̄ztum est ex pte uocis significātis eque pro utroqꝫ accipiet. ¶ Item ista rñsio nō uadit ad qōnez qꝛ hic nō querit de significato termini analogi: qꝛ eius significata debemus supponere. Sed hic querit de modo significādi analogi: lꝫ enim nō possumus ꝓbare ꝙ homo significet nām que rōcinari pōt supposita tñ eius significatione modum eius accipiendi pro suis suppositis probare possumus.

Propter hoc dōm ꝙ cū terminus analogus utrūqꝫ significatuz representet tanq̄ȝ signū utriusqꝫ: sit tñ signum utriusqꝫ per hoc ꝙ sub determinata rōne ꝛ distincta utriqꝫ imponit. Et iō concludere possumus ꝙ q̄ztum est ex pte uocis significantis utrūqꝫ sigtum equalr̄ representat: ꝛ per ꝯñs ꝙ pro utroqꝫ accipi possit. Unde intelligēdū ꝙ termin⁹ analogus q̄ñqꝫ plura repn̄tat: q̄ñqꝫ tm̄ vnum: sed illud vnum ꝭm diuersa esse in diuersis repit. Exēplum p̄mi Expedire significat expeditionē que est i bonis: ꝛ utilitatem que est in malis: ꝛ ista duo in uoce significante nō se hn̄t ꝭm p̄us ꝛ posterius. Similr̄ ens significat ens qd est sba ꝛ ens qd est accñs. Et lꝫ ens qd est accidens in re hēat attributionē ad sbam: in uoce tñ significante nullam habet hitudinez ad sbam. Et ideo oīa talia analoga hn̄t reduci ad p̄mum modum equocationis. Exēplum scōi: nam sanum significat ꝓportionē calidoꝝ ꝛ frigidoꝝ humidoꝝ siccoꝝ: ista ꝓportio in aiali reperit ut in sbo: ꝛ in urina ut in signo: ꝛ in dieta ut in conseruāte: ꝛ silr̄ est de elemēto respectu ignis ꝛ mãe p̄me. Et talia analoga reducēda sunt ad vniuocationē cum solum vnū p⁹ significēt. ¶ Ad p̄muz arg^m dōm ꝙ hic est fallacia ꝭm qd ad simplr̄: est opinabile ergo est. Et cum dꝛ esse opinabile est secūdariū sigtuz huius qd dico eē. nego. vnde dico ꝙ esse in opinione esse nō significat: sed hoc totum esse in opinione illud itellectui repn̄tat. ¶ Ad 2^m dico ꝙ eē nō significat eē in potētia. ꝛ ideo Arꝛ. ꝯcedit illā ꝯñtiam: est in potētia: ergo nō est. ¶ Ad 3^m dico ꝙ icōtinēs significat excessum rōnis in gustu ꝛ tactu: ꝛ significat excessum rōnis simpliciter ꝛ hoc equoce. Sed termino equoco uti possumus pro altero significato: ideo hoc nomine incōtinens uti possumus ꝛ pro excessu rōnis in tactu ꝛ gustu: ꝛ pro excessu rōnis in cōmuni. Et qꝛ cōmune

de se nõ accipit pro aliquo determinato nisi per additum determinetur: ideo incõtinẽs qd significat excessuz rõnis in cõmuni: põt determinari ad alterum eorum ita q possit accipi pro excessu rõnis in ira: uel in lucro: sic dicendo: incõtinens ire ul' lucri &c.

¶ Tertius vero quando compositum plura significat: separatum vero simpliciter ut scit seculum &c. c. scdo. p. huius.

Questio. XVII.

Queritur utrum tertius modus equocationis resultet ex hoc solum q aliqua dictio significat vnum de se: & aliud ex adiuncto? Et hoc est querere utrum hec sit distinguẽda: laborans sanus est? Videtur q non: nam p Ar. tres sunt modi cões equocationis & amphibologie. Et tertius modus est qñ dictio significat vnuz de se & reliquũ ex adiuncto. Cum ergo in ista orone: laborans sanus est: nõ sit aliqd qd possit conferre huic qd dico laborans: multitudinẽ aliquã: sequitur q hec non sit distinguẽda: laborans sanus est. ¶ Item Priscianus in magno uolumine dicit in pº caplo. Tẽpora quoqz participijs accidũt: q nobis deficiunt duo participia: presens passiui: & pteritum actiui: concludens ex hoc q participium desinẽs in ens uel in ans nõ sigt tpus pteritũ Et nihil ponitur in hac orone: laborans sanus est: quod possit conferre huic qd dico laborans: aliquã multiplicitatem: ergo &c. ¶ Item multiplicitas consignificatorũ determinari põt per adiunctũ: lz ergo laborãs de se significet duo tẽpora: tñ in ista orone: laborans sanus est: ad vnum tẽpus determinatur. Assumptũ pz p Boem qui dicit: q si dicatur Cãna romanorum sanguinẽ sorbuit plenus: iam consignificatur cãna per mediate adiunctũ. ¶ Itez in multiplicibus utraqz ps contradictionis põt esse uera sm uocem. sed hec sm Ar. in lra est determinate uera: sanus est nõ laborans: & hec apparet determinate falsa. Laborãs sanus est: ergo &c. ¶ Ad oppom. Illa propositio est distinguẽda ut multiplex: que põt hre sm uocez utrãqz partẽ contradictionis uerã: sed iste due possunt esse uere. Nõ laborãs sanus est & laborãs sanus est ut pz in lra. Dicit enim Ar. uerũ qdem sanabatur laborans & nõ laborãs: sanus est aũt nõ laborans. Sed laboranz nõ nunc: sed prius. ¶ Item in equocatione multiplicitas latet sub vnitate uocis incõplexe: sed si huic qd dico laborãs: conferatur tempus ex adiuncto: sequitur q tota multiplicitas equocationis eẽt in complexo & non in incomplexo.

Circa istã qõnem duplex est opinio. Quidam dicunt q hec nõ est distinguẽda. Laborãs sanus est. Et qdã q sic. Et rõ primorum est illa que tacta est s. q tres sunt modi cões &c. Hec tñ est distiguẽda sm tpos: laborãs sanabatur. Et huius rõnem ponũt ipsi: quia pteritum impfectũ sicut est impfecte factum sic est impfecte pñs: vnde vbum talis tpis consignificat actum inchoatuz: sed tñ nõ totalr determinatũ: vnde de eo qui cõpleuit totalr actum scribẽdi uersum: non possim dicere q scribebat vsum: propter igitur cõuenientiã pteriti impfecti ad pñs: uolunt ipsi q sanabatur conferat tps impfectũ huic qd dico laborãs. Vñ cum laborans de se nõ consignificet nisi tẽpus pñs: hec nõ erit distinguẽda: laborãs sanus est. Et sic dicẽtes de leui rñdẽt ad argta in oppositum. ¶ Ad pm dicunt qñ dr iste sunt uere: laborãs sanus est: & nõ laborãs sanus est ipsi negãt. ¶ Ad aliud dicunt q nihil prohibet q aliqd alteri conferat multiplicitatem: & tñ q ista multiplicitas solum sit in dictione vna. Verbi gratia. hec propositio. b. cõuenit esse. a. habet duas acceptiones ab hoc uerbo cõuenit: & tamẽ tota multiplicitas est in hoc qd dico. b. Similiter dicerent in proposito q nihil prohibet q tempus conferatur ab hoc uerbo sanabatur: huic qd dico laborans: & tamẽ q tota multiplicitas sit in hoc qd dico laborãs. ¶ Sed contra. Et primo contra hoc qd dicitur q hoc qd dico laborans non significat duplex tẽpus. Priscianus in magno uolumine dicit q participium desinens in ans uel in ens cõsignificat duplex tẽpus. s. psens & preteritũ impfectũ: & idem dicit in minori: ergo &c. ¶ Itez modi signdi absoluti & respectiui pcedunt ordinationem dictionis in orone cum sint pncipia ordinandi dictionẽ cum dictione in orone. Et huius signum est: nam Priscianus in magno uolumine primo determiat de mõ significãdi anteqz determinet in minori de orone: nõ videtur ergo rõnabile q aliquis modus significãdi conferatur dictioni ex ordinatiõe eius in orone. ¶ Itez lz aliqua dictio alteri posset conferre aliquem modum significãdi respectiuũ cum sm modos significãdi respectiuos ad inuicem depẽdeãt. nõ tñ videtur q aliqua dictio posset alteri conferre aliquem modum significandi absolutũ: cum ergo tẽpus sit modus significãdi absolutus: nõ videtur q aliqua dictio possit tẽpus conferre alteri. ¶ Ad illud qd dr de illa cõueniẽtia inter psens & pteritum impfectum: ueritatez hre posset si caderent ex vna parte oronis. ¶ Quid aũt sit tenẽdum nõ põt bñ probari per rõnes demõstratiuas. Nam ista mã propinqua est impositionibus nominum in quibus non est ratio querenda.

Verũtamen põt dici ad psens q hec est distinguẽda. Laborãs sanus est: ex eo q laborãs põt accipi pro laborãte nũc & prius. Et ad hoc multum facit qd dicit Priscianus. s. q participium consignificat duo tpa. Propter hoc dico q tertius modus equocationis est ex hoc q dictio de se consigt plura: & nõ ex adiũcto. ¶ Ad pm argm dõm: q tm duo sunt modi cões: & tertius modus non est cois sed amphibologie appropriatur. Et isto mõ loquendi utitur Ar. in li. 2. de aia: ubi distinguit sensibilia propria & cõmunia. Et dicit qnque sunt sensibilia coia. s. motus qes numerus: magnitudo & figura. Et tñ ista nõ sunt coia cuilibet sensui sed quedã sic & quedã nõ. Nũs enim odoratui nõ cõuenit. ¶ Ad aliud dicẽdũ q duo participia nobis deficiũt. s. pñs passiui & pteritum actiui: qd circũloqmur sic dicẽdo. Sum qui legi: sed hoc nõ itelligit de preterito impfecto. ¶ Ad 3m dicẽduz q illud argumẽtum est cõmune utriqz parti. Nam quidã sunt modi significãdi respectiui: & quidã absoluti: mõ multiplex in modis significãdi respectiuis põt determiari per mediate adiunctuz. Et hoc intelligit Boetius. Sed tẽpus est modus significãdi absolutus: & ideo non opz q per mediatũ determinetur. ¶ Ad 4m dõm q iste due propões uere sunt: nõ laborãs sanus est. Et adiũgo sicut prius: laborãs nõ nũc sed prius. Item ad pncipale q nõ sit distinguẽda probatio: quia qñcũqz est multiplicitas in termino absolute. Ar. in manifestãdo exẽpla eẽ ad propositum semp manifestat ubi est multiplicitas absolute eẽ distinguẽdum. Dicit enim q expedire est duplex. Sed in manifestãdo exẽpla iuxta tertium modum equocationis nõ manifestat multiplicitatẽ in aliquo termio absolute. Dicit enim laborantẽ quẽlibet facere uel pati nõ tm vnũ sigt. videtur ergo q multiplicitas fuerit in toto: & nõ i ista particula laborãs. Dico q Ar. hanc multiplicitatẽ manifestãs tertij modi equocationis dicit hoc totũ: laborãtẽ qdlibet facẽ uel pati multa sigre: ut designet hunc modũ accipi penes consigta dictionũ: que qdẽ sunt modi signdi qui modi signdi dictioni isunt ut in orone ordinatur. Quilibet enim modus signdi iest dictioni ut ordinationẽ hẽt cum lz modi respectiui sint pna ordinãdi dictionẽ cũ alia. Et lz tpus nõ sit pnm ordinãdi dictionẽ cũ dictiõe. s. appositũ cũ supposito: est tñ mẽsura actus qui ab eo egreditur.

℄ Secūduȝ amphibologiā tales uelle me accipe pugnātes. Et putas ꝙ qs scit hoc scit ⁊c̄. c. ij. p. huius.

Questio. XVIII.

Circa amphibologiā primo querit̄ utrū vnitas uocis complexe sit sufficiens ꝑncipiū distinguēdi amphibologiam ab equocatione: Qꝫ non videt̄. qꝛ cōplexum ⁊ incomplexum solum differūt mālr̄: sed diuersitas in materia non cōcludit diuersitatē in forma. Sed loci sophistici distinguunt̄ ꝑm speciem: ergo per cōplexum ⁊ incōplexum solum non distinguunt̄. ℄ Item cōplexum ⁊ incōplexum differūt sicut pars ⁊ totum: sed pars ⁊ totū non distinguunt̄ specie: qꝛ que distinguunt̄ specie totaliter sunt diuersa: sed pars ⁊ totum totaliter non sunt diuersa: ergo ⁊c̄. ℄ Ad oppositum. Equocatio ⁊ amphibologia differunt sicut dictio ⁊ oratio: sed dictio ⁊ oratio differunt per complexum ⁊ incomplexum: ergo ⁊c̄.

Questio. XIX.

Iuxta hoc querit̄ utrum diuersa ratio cōstruendi reqrat̄ ad amphibologiam? ꝙ sic videt̄: qꝛ oēs paralogismi eiusdem fallacie dicunt̄ habere vnum ꝑncipiuȝ nō existētie sicut vnum ꝑncipiū apparētie: sed aliqui paralogismi huius fallacie non habēt aliud ꝑncipiū non existētie ꝙ̄ diuersam rōnem cōstruēdi: ergo diuersa ratio cōstruendi ad amphibologiam reqrit̄. ℄ Si dicat̄ ꝙ oēs loci huius fallacie habēt vnam causam cōeȝ nō existētie. s. diuersitatem sentētie. Et per ꝯsequens ꝙ illud assumptum est falsum quādo accipit̄ ꝙ aliqui paralogismi habēt diuersam rōnem cōstruēdi pro nō existētia. ℄ Cōtra. In aliqbus paralogismis huius fallacie diuersitas sentētie resultat ex diuersitate cōstructionis sicut est causa: mō vnius effectus ꝑm rōneȝ. vna est causa ꝑm rōnem. Cum ergo diuersitas sentētie in oibꝰ paralogismis huius loci repiat̄: ⁊ in aliqbus ut planū est resultet ex diuersitate cōstructionis: videt̄ ꝙ diuersa ratio cōstruēdi reqratur ad amphibologiam. ℄ Itē in orōne amphibologica tria reqrunt̄. s. uox: significatum: ⁊ modi significādi dictionū. Sed diuersitas sentētie non resultat ex uoce: nam uox manet eadeȝ. Nec ex diuersitate significati. Nam hec per se reqrit̄ ad equocationē. Oportet ergo ꝙ diuersitas sentētie in amphibologia resultet ex diuersitate modoꝝ significandi dictionum que causat diuersitatē ꝯstructionis. ℄ Itē hoc patet per signum: naȝ Ar. instruēs nos circa istā fallaciam: non ponit aliquem paralogismū: quin in eo cōtingat repire diuersitatem cōstructionis. ℄ Ad oppositum. Quandocūqꝫ duo sic se habēt ad inuicem ꝙ cōtingit repire vnum sine altero: vnuȝ non est de ratione alterius lꝫ econuerso. Quia enim contingit reperire animal sine homine: ideo homo non est de rōne animalis lꝫ econuerso. Sed ꝯtingit repire amphibologiam sine diuersa ratione cōstruendi: ut patet hic Littus aratur: ergo ⁊c̄.

Ad primam questionē dicēdū ꝙ vnitas uocis cōplexe ꝑm mām ⁊ formaȝ est sufficiēs ꝑncipiū distinguēdi amphibologiā a quolibet alio loco sophistico in dictione ⁊ extra. Per hoc enim ꝙ eius appentia accipit̄ ex pte uocis distinguit̄ a locis extra dictionē. Et per hoc ꝙ dicit̄ ꝑm materiā ⁊ formā: distinguit̄ a cōpōne ⁊ diuisione ⁊ accētu. Et ꝑ hoc ꝙ est ibi uera multiplicitas: distinguit̄ a figura dictionis: ad quam nō exigit̄ nisi vnitas fantastica. Per hoc ꝙ dicit̄ uocis cōplexe: ab equocatione distinguit̄. Est enim cōplexū sufficiēs ꝑncipiū distinguēdi ipsam amphibologiā ab equocatione. Nam diuersitas aliqtum ꝑm spēm: ꝓuenit ex diuersitate mãe ⁊ forme. Sed cōplexū ⁊ incōplexū differūt ex pte mãe ⁊ forme: ergo loci qui accipiunt̄ ꝑm cōplexū ⁊ incōplexuȝ differunt specie. Qꝫ aūt cōplexum ⁊ incōplexū differāt ex parte mãe hoc patet per simile. Nam alia est mā ꝓpria ipsius lapidis ⁊ ipsius domus. Similr̄ alia est materia cōplexi ⁊ incōplexi. Propria materia aūt cōplexi sunt dictiones per se significatiue. Sed materia incōplexi sunt sillabe ⁊ littere nō per se significatiue. Differūt etiaȝ ex parte forme. Nam forma cōplexi ꝯsistit in vnione dictionū que per se significāt. Sed forma incōplexi cōsistit in vnione litterarū ⁊ sillabarū que per se nō sunt significatiue. Differūt ergo ex pte mãe ⁊ forme: ergo ⁊c̄. ℄ Ad ꝑmum argumētū dicēdū ꝙ cōplexū ⁊ icomplexum magis differūt ꝙ̄ ꝑm mām: qꝛ ꝑm formam ut dictum est. ℄ Ad scōm dicēdū ꝙ duplex est totum. s. homogeneū ⁊ etherogeneū. In toto autē ꝑmo mō dicto est idē nomē totius ⁊ ptis. Quelibet enim pars ignis est ignis: ⁊ quelibet pars carnis est caro. Et ideo in toto homogeneo pars nō differt a toto spē. In toto aūt scōo mō dicto nomē totius nō cōuenit cuilibet parti: quelibet enim pars hoīs nō est hō. Et sicut duplex est totuȝ sic duplex est pars. s. homogenea ⁊ etherogenea. pars aūt ꝑmo mō dicta nō differt a suo toto spē. Sed secūdo mō dicta pōt dupliciter cōsiderari. Aut ut est per formā totius. Et adhuc talis pars a suo toto non differt specie. Aut ut est quoddā cōpositū in se habens esse distinctū ab esse totius. Et talis pars pōt differre a suo toto specie. Et sic intelligimus amphibologiam accipi ex parte uocis cōplexe ⁊ equocationē ex pte uocis incomplexe: put. s. incomplexum habet esse distinctum a complexo.

Ad aliam questionē dicēdū ꝙ ad amphibologiā sicut ad quēlibet alium locuȝ sophisticū duo reqrunt̄. s. appentia ⁊ nō existētia. Si eni aliqd appareat ⁊ simul cum hoc existat: deceptionem non causat. Similiter si aliqd nō existat nec apparētiam habeat: nullam causabit fallaciā. ℄ Sed scienduȝ ꝙ duplex est multiplicitas. in dictione ⁊ extra dictionem. In dictione est triplex multiplicitas. s. actualis: potētialis: ⁊ fantastica. Actualis multiplicitas est: qñ est ibi idētitas uocis ꝑm mām ⁊ formam que est ꝓlatio. Potētialis est quādo est ibi idētitas uocis ꝑꝫ materiam ⁊ nō ꝑm formā. Fantastica est qñ aliqua dictio vnum significat: sed ꝓpter silēm figurationē videt̄ aliquid aliud significare. Nam ois multiplicitas aut est uera: aut non uera. Si nō uera: tūc ibi est figura dictionis. Si est uera multiplicitas: aut ibi est idētitas uocis ꝑm mām ⁊ formam aut ꝑm mām tm̄. Si ꝑm mām tm̄: aut hoc erit in uoce cōplexa: ⁊ tūc habemus cōpōnem ⁊ diuisionem. Si in uoce incōplexa: tūc habemus accētum. Si sit idētitas ꝑm mām ⁊ formā: ⁊ ista identitas sit in uoce cōplexa sic est amphibologia. Si in uoce incōplexa: sic est equocatio. Nūc vidēdum est utrū ad amphibologiā reqrat̄ diuersitas cōstructionis. Et dicēdum ꝙ cum amphibologia opet̄ actualē multiplicitatē que ꝓuenit ex diuersitate sentētie. Diuersitas autem sentētie haberi pōt sine diuersa rōne construendi. Cōcludēdum est ergo ꝙ ad amphibologiā non reqrit̄ diuersitas ꝯstructionis. Qꝫ aūt diuersitas sentētie nō semp ꝓueniat ex diuersitate ꝯstructionis: hoc pꝫ. Naȝ inter ꝯstructibilia que tm̄ vno mō cōstruunt̄ ad inuicē pōt eē diuersitas sentētie: qꝛ inter illa pōt eē diuersitas habitudinis: ⁊ ex diuersitate habitudinis sequit̄ diuersitas sentētie. Uerbi grā: si dicat̄ liber Ar. Hic pōt eē habitudo efficientis ad effectum: ut sit sensus: liber est Aristotelis ut efficiētis. Uel potest esse habitudo possessi ad possidentem: ut sit sensus: liber est Aristotel' ut possidentis. Similiter aliqua oratio potest significare

aliquem ꝯceptum:ita ꝙ ptes illius oronis significent ptes cōceptus ut si dicat̄ Littus arat̄. Nec eniꝫ oratio significat scissionē littoris:⁊ ptes oronis significāt ptes illius ꝯceptus. Et ista oro absqꝫ diuersa rōne construēdi pōt trāsferri ad significādū annihilationē tpis
6.to[p] c.2. Et hoc ꝓpter aliquā sil'itudinē:nam oēs trāsferentes ſm aliquā sil'itudinē trāsferūt. ¶ Ad pͥmum argumētum dicēdū ꝙ oēs paralogismi istius loci hn̄t vnū pͥncipiū cōe nō exn̄tie.s.diuersitatē sentētie cui multotiens annectit̄ diuersa rō cōstruēdi. ¶ Ad rōnem in cōtrariū cum dicit̄. Unus effectus ⁊c̄. Dicēdū ꝙ ista ꝓpositio nō est gn̄aliter uera. Nam sanitas pōt induci a natura ⁊ per artē. Et quedā aialia eiusdem speciei pn̄t gn̄ari per putrefactionē ⁊ per ꝓpagationem. Un̄ lꝫ diuersitas ꝯstructionis qn̄qꝫ fuerit cā diuersitatis sentētie:hoc tn̄ nō cōcludit ꝙ ubicūqꝫ fuerit diuersitas sentētie:ꝙ ibi fuerit diuersitas cōstructionis. ¶ Ad aliđ pͥncipale dicēdum ꝙ si penes nullum istoꝝ accidat diuersitas:adhuc pōt tota oratio cōplexa diuersa significare. Sicut patet in ista orone multiplici ſm cōpōneꝫ ⁊ diuisionē. Possibile est sedētē ambulare. Eadē eniꝫ significata ⁊ eūdē modū significādi habet ista oratio i sensu cōposito ⁊ diuiso. Et sil'r ut videt̄ pōt esse in amphibologia. Sed illud non soluit:nam modus ꝓferendi ꝯiūctim uel diuisim:est modus ꝓferēdi siue significādi ipsius cōplexi inquātū tale est. Et ideo in cōpōne ⁊ diuisione accidit diuersitas sententie ꝓpter tales modos significādi:sed in amphibologia nō sūt tales modi significandi:ꝓpter qđ videt̄ ꝙ in amphibologia resultet diuersitas sentētie ex diuersitate modi significādi dictionū. Et dicēdum est nūc ad rōnē ꝙ in amphibologia qn̄qꝫ ex diuersa rōne cōstruēdi resultat diuersitas sentētie. Uel saltim diuersitati sentētie annectit̄ diuersa ratio ꝯstruēdi. Qn̄qꝫ aūt in amphibologia diuersitas sentētie resultat:eo ꝙ tota oratio trāsfertur a ꝓpria significatione ad impropriā ut si sic dicat̄. Litt⁹ arat̄. ¶ Ad ultimū dicēdū ꝙ Arꝫ. sufficiēter instruxit nos quātum ad hoc ꝙ per se reqrit̄ ad amphibologiā qꝛ ad illam reqrit̄ vnitas uocis ſm mācharacterm ⁊ formam:⁊ diuersitas sentētie. Et quātum ad hec duo sufficienter instruxit nos:sed qꝛ diuersitati sentētie accidit diuersa rō ꝯstruēdi:ideo Arꝫ. ponit tales paralogismos.

¶ Putas est tacentem dicere. duplex eniꝫ est tacētem dicere:⁊ hunc dicere ⁊ que dicuntur. c.ij.p̄.huius.

Questio.XX.

q **Ueritur** supposito ꝙ in aliquo paralogismo repiat̄ diūsitas ꝯstructionis utrū talis oro sub vno actu ꝓferēdi possit multa significare? Et videt̄ ꝙ nō. Nam ad hoc ꝙ ista oratio: Pugnātes uellē me accipe:rep̄sentet diuersos sensus:necesse est ꝙ ibi sit diuersitas constructionis. Sed ad diuersitatē cōstructionis sequitur diūsitas ꝓlationis. Nam ſm ꝙ li me ad diuersitatē cōstructionis sequit̄ cōstruit̄ a parte ante:est vna ꝓlatio. Et ſm ꝙ cōstruit̄ a pte post est alia:sub vno ergo actu ꝓlationis non pōt multa significare. ¶ Item ſm ꝙ li me cōstruit̄ a parte ante:necesse est intelligere modū significādi a parte ante:⁊ per ꝯn̄s necesse est intelligere uocē ipsam a pte ante:qꝛ modi significādi nō sunt sine uoce. Sil'iter ſm ꝙ li me cōstruit̄ a pte post:necesse est intelligere modū significādi a pte post:⁊ ipsam uoceꝫ:sed vnico actu ꝓferēdi nō pōt intelligi li me a pte ante ⁊ a parte post:ergo ⁊c̄. ¶ Item ꝯstructio est cōgrua dictionū ordinatio. Sed in hoc dicto: Uellem me accipere pugnātes:est tn̄ vnica dictionū ordinatio : ergo
j.ele[n] c.2. tn̄ vna ꝯstructio. ¶ Ad oppositū. Arꝫ. dicit istā oronem eē distinguēdā. Cōtingit tacētem dicere:sed hoc non eēt nisi ista oro vnico actu ꝓferēdi diuersa significaret. ¶ Item nisi ita eēt:actualis multiplicitas non differret a potētiali:qꝛ pro tāto dicimus aliquaꝫ ꝓpōnem eē multiplicē ſm cōpōnem ⁊ diuisionē:quia talis oro diuersis ꝓlationib⁹ ad diūsos sensus determinat̄.

Ad questionem dicēdum ꝙ cuꝫ amphibologia opet̄ actualem multiplicitatē ſm Alexādrum:necesse est amphibologicam oronem sub vno actu ꝓferēdi diuersos sensus repn̄tare. Et ratio huius est. Quia noia ⁊ uerba trans posita habēt eadem significata:⁊ eūdem modū signifi 2.pi[e] cādi:cum significata ⁊ modi significādi sint eēntialia c.j. dictioni. Sed trāspositio est sibi accn̄talis:inter nomina enim que tm̄ vno mō ꝯstruunt̄:manifestū est ꝙ trāspositio non diuersificat cōstructionē:qꝛ nō diuersificat modos significādi dictionum:qui sunt pͥncipia ꝯstruendi. Idem enim est dicere. Pelei filius ⁊ filius pelei. ¶ Ulterius ista oratio. Pugnātes uellem me accipe: sub isto actu ꝓferēdi actu repn̄tat hūc sensum. Uelleꝫ accipe pugnātes. Et ista oratio:pugnātes uellē accipe me:actu repn̄tat hūc sensum. Uellem ꝙ pugnātes accipent me. Cum ergo noia ⁊ uerba trāsposita idem significēt. oratio pͥmo modo ꝓlata repn̄tabit actu ſm sensum:⁊ scđo modo ꝓlata pͥmum sensum. Ista ergo oratio:pugnātes uellem accipe me:sub vno actu ꝓferendi repn̄tat actu diuersos sensus. Et hoc satis sequitur ex hoc ꝙ actualem multiplicitatē opat̄. ¶ Ad primum argumētū:cōcedo maiorem:sed cuꝫ dicit̄ in minori:ꝙ ad diuersitatē ꝯstructionis sequit̄ diuersitas ꝓlationis. Nego:qꝛ modi significādi sunt cāe ꝯstructionum qui manēt in terminis trāspositis. ¶ Ad aliđ dicendū:cum dicit̄ pugnātes uellē me accipe:ꝙ ad hoc ꝙ habeat̄ iste sensus.s.ꝙ uellem accipe pugnātes : necesse est intelligi li me cōstrui a pte ante de li accipe:ita ꝙ eius depēdētiam a pte ante terminet:qꝛ ꝯstrui a parte ante nihil aliud est:q̄ꝫ ꝙ modi significādi dictionis corn̄deant modis significādi ipsius uerbi:qui debentur ei per cōparationem quam habet ad substātiam a qua actus egredit̄ a parte ante. Et simil'r cōstrui a parte post nihil aliud est q̄ꝫ ꝙ modi significandi dictionis corn̄deāt modis significādi ipsius uerbi:qui ei debētur per cōparationem ad substātiam:a qua actus egredit̄ a parte post. Unde modi significādi dictionis possunt habere correspōdētiam cum modis significādi v̄bi:qui ei debent̄ per cōparationem ad substātiā:a qua actus egredit̄. Unde cōgruitas orationis resultat ex correspōdētia modoꝝ significādi:⁊ non ex ordinatione eorum nisi per accidēs. Unde pōt intelligi aliq̄ dictio cōstrui a parte ante:lꝫ uox a pte ante non ordinet̄ Et cum dicit̄ ulterius ꝙ si modi significādi eius quod est li me:intelligunt̄ a parte ante:necesse est uocē intelligi a parte ante. Uerum est ſm correspōdētiam. Unde ad hoc ꝙ li me cōstruat̄ a parte ante uel a parte post sufficit correspōdētia in modis significādi. nec oportet ꝙ aliud uoca[t] intelli[r] ꝙ ibi est ꝓferre a parte ante uel post. vnde ista oratio:pugnātes uellem me accipe: sub vno actu ꝓferēdi diuersos sensus rep̄sentat siue li me uocaliter ꝓferat̄ a parte ante uel post. ¶ Ad ulti[m] dicendum ꝙ hec cōsequētia non ualet. Tm̄ est vna ordinatio dictionum:ergo tm̄ vna constructio.

Questio.XXI.

q **Ueritur** utrum oratio multiplex ſꝫ amphibologiam vno modo ꝓlata:sit multiplex quocūqꝫ modo ꝓferatur? Et ꝙ sic videt̄. Quia causa in actu ⁊ effect⁹ i actu simul sunt ⁊ non sunt ex qnto metaphisice. Sed modi t.c.3.
significādi sunt cause diuersitatis ꝯstructionis. Et mo idē.2.
di significandi manent idē quocūqꝫ mō ꝓferat̄:ḡ ⁊c̄. phi.t.
¶ Itē noia ⁊ uerba trāsposita idē significāt:quocūqꝫ c.37.

2.pyae c.j. ergo modo trãsponant termini: nõ auferũt multiplicitatem a ppositione: ergo &c. ¶ Item si determinata platio determinaret orõnem multiplicẽ ad alterũ eius sensum: actualis multiplicitas a potẽtiali nõ differret. Ↄñtia patet: qꝛ orõ multiplex ẜm potẽtialẽ multiplicitatẽ ad alterũ sensum determinari põt per determinatã platiõnẽ. ¶ Ad oppositũ. Nisi determinata platio determinaret orõnẽ amphibologicã ad alterũ sensum nulla habitudo sillogistica esset sine multiplicitate. Et uniuersaliter: ubicũqꝫ hoc uerbũ est pdicaretur tertiũ adiacens: talis orõ eẽt distinguẽda. & sic tũc hec eẽt distinguẽda: hõ est aĩal. ¶ Itẽ orõnes impfecte eẽnt simplr perfecte Hec enim eẽt pfecta: albus est hõ. Et silr orõ icõgrua eẽt ↄgrua simplr: ut hec mulier est vir alba. Itẽ Ar. dicit in pmo huius ꝙ in elẽcho cõcludẽte hãc ↄclusionẽ (c.5.) ↄtr tacẽtẽ dicere. est multiplicitas in ↄtradictione & nõ in sillogismo. sed ↄclusio sequitur ex istis pmissis: qd cõtingit eẽ albũ ↄtingit dicere Tacẽtẽ ↄtingit eẽ album: ergo tacẽtẽ ↄtingit dicere. maior non est multiplex: qꝛ tũc eẽt pctm in sillo & nõ in ↄdictione solũ nec per eandem rõnẽ. Minor. hoc nõ eẽt nisi determinata platio determinaret orõnẽ amphibologicã ad alterũ sensuꝫ.

Circa istam qõnẽ est duplex opinio. Quidã dicũt ꝙ orõ multiplex ẜm amphibologiã vno mõ plata est multiplex quocunqꝫ alio mõ pferatur. Unde isti dicũt istã orõnẽ eẽ distinguẽdã: hõ est aĩal. ¶ Alia opinio est ꝙ orõ amphibologica non est alia q̃ illa que sub eodẽ actu pferẽdi multa significat ut in hac: Isti asini sunt episcopi. Neutra istarum opinionũ est uera simplr. Prima enim ponit tãtã indeterminationẽ in sermone ꝙ vix hõ posset: ubi hoc uerbũ est: pdicat tertiũ adiacẽs ↄceptũ determinatũ audienti exprimere: ergo pp̃ter finẽ sermonis nõ debemus ponere indeterminationẽ tãtã in sermonẽ. Scda opinio ponit multas orõnes multiplices ẜm amphibologiaꝫ nõ eẽ distinguẽdas. qꝛ si dicatur: pugnãtes uellẽ me accipere. planũ est ꝙ li me & li pugnãtes ẜm hũc situm nõ possent pluribus modis ↄstrui: ita ꝙ ordo ↄceptuũ correspondeat ordinationi dictionum.

Propter hec dicẽdũ ꝙ orõ multiplex ẜm amphibologiã cum opetur actualẽ multiplicitatẽ vno actu pferẽdi: multos sensus repñtat. Ẽn orõ multiplex ẜm amphibologiã vno mõ plata nõ est multiplex quocũqꝫ alio mõ pferatur. Et huius ratio est. Nam penes pmũ modũ amphibologie puenit multiplicitas ex diuersitate ↄstructionis actualis & nõ potẽtialis. Sed cã diuersitatis actualis ↄstructionis nõ est ꝙ dictiones habeãt modos significãdi ẜm quos sunt ad inuicẽ ↄstructibiles. Nec cã pscisa est ꝙ dictiões in ordinatione sint sibi pxime. Sed cã diuersitatis actualis ↄstructionis est ꝙ modus significãdi dictiõis fuerit mutuo depẽdẽs. Ita ꝙ depẽdẽtia ex utraqꝫ pte dictionũ fuerit mutua. Unde si dicatur: hõ aĩal est. Hec orõ ẽ distinguẽda eo ꝙ modus significãdi huius vbi dependẽs est. Et hoc qd dico hõ rõne q̃litatis põt istã dependentiã terminare. & hoc qd dico aĩal. Sed si dicatur: hõ est aĩal: hec orõ nõ est distinguẽda. Nam modi significãdi nõ sunt hic mutuo depẽdẽtes: qꝛ depẽdẽtia de li est: a parte añ & a pte post sufficienter terminatur. ¶ Est tñ intelligẽdũ ꝙ lꝫ determinata platio determinet orõnem multiplicẽ ẜm actualẽ multiplicitatẽ & potentialem: sicut accidit in cõpõne & diuisione: vna tñ multiplicitas ab alia differt. Nam determinata platio orõnis multiplicis ẜm potẽtialẽ multiplicitatẽ pũctuando ad alterũ sensum põt ipsam determinare: manente semp eodẽ ordine uocũ. Sed determinata platio manẽte eodẽ ordine uocũ pũctuãdo non determinat orõnem multiplicẽ ẜm actualẽ multiplicitatẽ ad alteruꝫ sensum: sed ipsa trãspositio terminorum. Si enim dicatur: Pugnãtes uellẽ me accipe: li pugnãtes &c. nõ per pũctuationẽ ad alterũ sensum põt determinari. ¶ Ad pmum dicẽdũ ꝙ causa diuersitatis actualis cõstructionis nõ est ꝙ dictiones hẽant modos significãdi ẜm qs sunt ad iuicẽ ↄstructibiles: sed ad diuersitateꝫ actualis ↄstructionis reqritur ꝙ illi modi sint depẽdẽtes ut dcm est. ¶ Ad aliud cum dicitur noĩa & vba &c. dicẽdũ ꝙ uerum est: nõ tñ in orõne multiplici. Et huius signũꝫ est ꝙ Ar. pbat istam ppositionẽ per ↄtradictioneꝫ. & in multiplicibus nõ est ↄtradictio. Quid aũt sit dicẽduꝫ ad tertiũ patet in põne. ¶ Ad argumẽta in oppositũꝫ ad pmum patet ex dictis. ¶ Ad 2m dicẽdũ ꝙ hec est iperfecta: albus est hõ. Et si dicatur ꝙ li albus põt ↄstrui a pte post. Dicendum est ꝙ dependentia uerbi a parte post sufficiẽter determiatur: & ideo nõ oportet ꝙ a parte post ↄstruatur. ¶ Ad aliud dicẽdũ ꝙ hec est incongrua: Mulier est vir alba: qꝛ eius depẽdẽtia per hoc ꝙ dico vir determiatur. nec mulier ad li alba in tali situ ergo dependet. ¶ Ad ultimũ dicẽdũ ꝙ hec ↄclusio: ↄtr tacentem dicere. ex nõ multiplicibus põt sequi sic. ↄtr ꝙ sortes dicat sortes est tacens &c.

¶ Tertius uero quando compositum plura significat &c. c. ij. p. huius.

Questio. XXII.

Queritur circa tertiũ modũ amphibologie: utrũ hec sit distinguẽda ẜm tertiũ modũ amphibologie: scit seculum? Et videtur ꝙ nõ: qꝛ hec orõ est impfecta in altero sensu. Ut ↄstructio li seculũ a pte post qꝛ tũc deficit suppositũ. ¶ Ad oppositũ est Ar. qui dicit ꝙ hic est (j.elẽ c.2.) tertius modus amphibologie: scit seculum.

Ad istam questionẽ dicunt quidã ꝙ hec est distinguẽda ẜm tertiũ modũ: scit seculum. Et dicũt ꝙ tertius modus amphibologie est: qñ oratio per se solũ significat vnum: iũcta aũt alteri plura. Sed si hoc pronomẽ hoc: iũgatur isti orõni: hec oratio pmo significabit plura: ut si dicatur. Hoc scit seculũ: tũc significatur ꝙ seculum habeat sciẽtiã alterius: uel ꝙ alterum habeat sciẽtiã seculi. Et ꝙ sic debeat intelligi & assignari tertius modus hoc. dicũt ipsi: patet per litteram Ar. qꝛ tertius modus est ẜm ipsum qñ oratio (co.c.) per se significat vnũ: iũcta aũt alteri plura. ¶ Ulterius assignãt differẽtiam inter pmum modũ & tertiũm: qꝛ pmus modus est quãdo oratio significat plura primo: & si ab illa orõne auferatur aliqua eius pars: adhuc significabit plura. ut patet in ista: Pugnãtes uellẽ me accipe. Sed tertius modus est: quãdo ablato aliquo: residuũ non significat plura: ut patet in ista orõne: hoc scit seculũ. Auferatur li hoc: & residuuꝫ nõ significat plura. ¶ Sed contra arguo triplr. Primo ꝙ ista oratio quam ipsi ponũt multiplicẽ nõ sit multiplex: qꝛ in primo & tertio mõ amphibologie resultat diuersitas sentẽtie ex diuersitate ↄstructionis actualis. Sed diuersitas ↄstructionis actualis resultat ex hoc ꝙ modi significãdi fiũt ad inuicẽ depẽdẽtes: sed depẽdẽtia huius verbi scit: sufficiẽter terminatur a parte ante & a parte post. Videtur ergo ꝙ hec non sit multiplex hoc scit seculum. ¶ Item dato ꝙ hec sit distinguẽda: ostẽdo ꝙ nõ sit distinguẽda ẜm tertiũ modum. Primo per litterã Ar. qꝛ ipse dicit: ꝙ tertius modus amphibologie est: quando oratio per se significat vnũ: iũcta tamẽ alteri significat plura: ut scit seculũ. Nam utrũqꝫ & scire & seculũ si ↄtingat per se dicere: vnuꝫ qdem significat: ambo autem plura. Si ergo hoc qd dico ambo: includit coniũctim: & hoc qd dico utrũqꝫ significat diuisim. videtur ꝙ ista orõ scit seculũ: nõ ↄiũcta alteri debeat plura significare. ¶ Item multiplicitas amphibologie ẜm tertiũ modum prouenit ex hoc ꝙ eadem oratio ẜm materiaꝫ

z modū pnūciādi significat plura alteri adiuncta: illa ergo oro que pmo significat plura pncipalr nō est amphibologica bm tertiū modū. Sed hec: h Scit seculuz est hoc: ergo zc. Probatio minoris: qr ista oro nō indiget aliquo ut sit pluriū significatiua: ergo ista oro pmo plura significat. ¶ Item q dria assignata iter primum modū z tertiū nō ualeat. pbatio per sile in equocatione. qr ad hoc q oro sit multiplex bm equocationē: z h pmo mō nō reqrit q ibi ponant plures termini equoci. hec enim est distinguēda bm pmū modū. Canis currit sicut z hec canis: expedit ergo ad hoc q oro sit multiplex bm pmū modū amphibologie: nō opz q ablato aliquo remaneat multiplicitas in ppōne residua.

Ad questionem ergo dicēdum q hec est multiplex bz tertiū modum: scit seculū. Sed itelligēdū q tertius modus amphibologie est: qñ oro de se solū significat vnū: ipsa tñ iūcta alteri significat plura per Ar. in lra: nō tñ sic intelligēdo q multiplicitas sit in toto aggregato pmo sicut ponit alia positio: sed tota multiplicitas est in ista pticula: scit seculū: ut tñ ad aliud referf: sicut est in ista ppōne. b. contingit eē. a. Huic enim qd est. b. attribuūnf due acceptiones: z nō ipsi ppōni. Nec etiaz ipsi. b. absolute cōsiderato: sed ipsi. b. ut stat sub tali pdicato. silr in pposito. Nam hec oro: scit seculū: de se solum significat vnū: iūcta tñ alteri plura significat ut si dicaf: Sortes si est sapiēs: scit seculū: hoc ȝñs scit seculuz: est distinguēdū. Ex eo q li seculū: pōt ȝstrui a pte post de li scit. Et tūc est sēsus. Si sortes est sapiēs ipse hēt sciētiam de seculo: z sic est ppō uera. Si li seculū construatur a pte añ de li scit: tunc est ppō falsa: sub hoc sensu. Si sortes est sapiēs: seculū habet sciam zc. ¶ Ulteri9 est intelligēdū q dria est iter tertiū modū amphibologie z pmū: qr pmus est qñ oro pmo z pncipalr plura significat. Terti9 aūt modus est: qñ oro significat plura: ut ad aliud habeat relationē. Uñ dicerē q hic est pmus modus amphibologie: hoc scit seculuz: quia hec oro pmo z pncipalr plura significat: sed h est terti9 modus: scit seculū: qr ista oro de se nō significat nisi vnuz: z ista adiūcta alteri plura significat. Ita q tota multiplicitas sit in ista pticula: scit seculū put alteri adiūgitur. ¶ Per hec ad rōnē pncipalē: cuz dicif q huic oroni: scit seculū: deficiet suppositū. Si li seculū cōstruaf a pte post. Dicēdū q hec oro: suppositū pōt habere ex illo cui adiūgif. ¶ Sed ȝtra hec arguo triplr. Primo sic. Multiplicitas actualis in orone non resultat nisi ex ȝiūctione ptium ipsius oronis. Sed ex nulla coniūctione ptiū istius oronis Scit seculū. resultat diuersa sentētia: qr utrūqz de se vnuz solum significat: ergo hec oro Scit seculū: nō est multipx bm amphibologiā. Et cōfirmaf rō. iste intellectus Sortes scit seculū qui debet eē alter sensus ex cōiūctione istarū ptiū haberi nō pōt. ¶ Sed forte dicef q hec rō solū ȝcludit q hic nō sit pmus modus amphibologie: Scit seculū: qr pmus modus amphibologie est: quādo diuersitas sententie resultat ex cōiūctione partiū oronis. Sed tertius modus est qñ oro de se significat vnū: z ipsa iūcta alteri significat plura. Uñ q h nō sit pmus modus amphibologie ȝcludit ratio. ¶ Cōtra. Hec oro nō habet significatū nec modū significādi nisi ex ptibus: qd ergo partibus nō cōfert significatū: nec modū significādi non faciet oronē plura significare. Sed tale adiūctū non confert ptibus significatū nec modū significādi. ergo hec oro Scit seculū: nō significat plura ex adiūctione aliqua. Sed dicēdū est ad rōnē q in ptibus oronis per se accepte: sunt modi significādi bm quos ipse ad inuicez diuersimode pñt cōstrui. In hoc enim qd dico: seculuz est casus rectus rōne cuius pōt supponere vbo a parte añ: z cū eo intrāsitiue ȝstrui in rōne suppositi. Et in h q dico Seculū: est casus accusatiuus rōne cui9 pōt cōstrui cū vbo a pte post trāsitiue. Cum igif dicif q adiūctum nō cōfert sigtū ptibus nec modū significādi. Dico q adiūctū ȝfert actum huic qd dico Seculum: per quem in altero sensu pōt ȝstrui cum li scit a pte añ: per hoc q suppositū pcedentis oronis pōt supponere uerbo. Scdo dat actū huic qd dico Seculū: ut possit construi cum hoc qd dico: scit: a pte post. Hec enim oratio nō posset eē pfecta: si hoc qd dico Seculū: a pte post cōstrueref nisi aliqd redderet suppositū huic qd dico scit a pte añ. Uñ q reddit suppositū dat actū huic qd dico Seculū: ut ȝstruaf a pte post de li scit zc. ¶ Item adhuc pōt obiici scdo sic: q si hec oro Scit seculū: non significaret plura nisi ut alteri adiūgif: sequif q totū aggregatū pmo significet plura: qr qñ aliq opatio nō pōt ineē alicui nisi ut illud iūctū est cū alio: dicimus illam opationē eē utriusqz: ut si trahere nauē nō insit sorti nisi per adiutoriū Platonis: utriqz attribuim9 hūc actū qui est trahere nauiz z nō alteri per se. Si ergo hec oro Scit seculū: nō significat plura nisi ut iuncta alteri: videf q totū aggregatū pmo significet plura. ¶ Itē tertio hoc videf eē de intētione Ar. Dicit enim q terti9 modus amphibologie est qñ cōpositū significat plura sepatū vo vnum solū. Ut Scit seculū. nam li scire z li seculū vnuz significat: ambo aūt plura. Si ergo Ar. vniformiter accipiat li utrūqz diuisim: z li ambo cōiūctim: videf q hec oro: scit seculū: de se debeat significare plura: z nō ex adiūctione cum alio. ¶ Ad pmū istotum duoz dicēdū q rō nō ȝcludit qn tertius modus amphibologie sit ex ȝiūctione alicuius cū alio. Et ad maiorē rōnis cum dicif: qñ aliq opatio nō inest vni nisi ut iūctū est alteri zc. Dico q maior hēt sic intelligi: q ista opatio est utriusqz uel vnius ptis ut attributionem hēt ad aliā. ¶ Ad aliud dicēdū q Ar. in illa lra intelligit q multiplicitas tertij modi nō resultat ex h q aliq dictio ibi habeat plures significationes. Unde idem est ac si diceret q hec oro z eius ptes solū vnuz significāt: adiūcta aūt alteri plura. ¶ Ultimo sciēdū est circa hūc locū q tres sunt modi amphibologie: z tres equocationis: tertius tñ modus assignatus a pho non est cois utriqz fallacie. Duo tñ modi cōes sunt utriqz. Nam pmus modus est ut dicit Ar. qñ dictio ul oro significat plura. Scdus qñ est trāslatio a ppria significatione ad impropam. Uñ Ar. sic dicit q scdus modus resultat ex hoc q soliti sumus sic dicere. Et iuxta scdm modum equocationis sic fiūt paralogismi: qcqd ridet habet os: pratū ridet ergo zc. Ridere enim ppe significat actū hois: z ppter aliquā silitudinē trāsferf ad floritionē in pratis. Juxta scdm modū amphibologie sic fiūt paralogismi. Qñcūqz littus araf terra scindif: sed quādocūqz idocilis docef littus araf: ergo qñcūqz indocilis docef terra scindif. Arare enim significat pprie scissionē terre: sed ille qui arat littus amittit tēpus suum: ideo ppter istam silitudinez trāsfertur ad amissionem tpis. Tertius modus equocationis est ex eo q aliqua dictio plura cōsignificat ut laborās. Silr tertius modus amphibologie est quādo oratio de se significat vnum: z ipsa eadem iūcta alteri significat plura: ut scit seculum.

j. elē
c. 2.

co. c.

¶ Secundum compositionem autez z diuisionem zc. c. ij. p. huius. Qō. XXIII.

Queritur de compōne z diuisione. Et primo utrum cōpositio z diuisio sint due fallacie distincte specie? Et videf q non. nam sicut se habet multiplicitas actualis orationis ad orationem: sic se habet multiplicitas potētialis oronis ad oronē: sed multiplicitas actualis non cōstituit nisi vnū locū sophisticū uel vnaz fallaci-

am ut amphibologiā: ergo nec potētialis. ¶ Itē sicut se habet multiplicitas potētialis dictionis ad dictionem: sic se hēt multiplicitas potētialis dictionis orōnis ad orōnem: sed multiplicitas potētialis dictionis nō pstituit nisi vnū locum sophisticū ut accētū: ergo rē. ¶ Itē loci sophistici distinguunt specie per cās appentie: illi ergo loci qui hñt eādē cām appentie specie nō distinguūtur: sed cōpō τ diuisio hñt eādē cām appentie ut vnitatem mãe: ergo rē. ¶ Ad oppositū. Nisi compō τ diuisio spē distinguerent nō eēnt sex loci sophistici in dictione qd est ꝯtra Arꝭ. Nam hūc nūz pbat inductiue τ
c.2.p̄mi h° sillogismo. Questio. XXIIII.

Uxta hoc querit utrū vnitas materialis uocis cōplexe sit sufficiēs causa distinguēdi cōpōnē τ diuisionē? ꝙ sic videt: qꝛ cum vnitas mãlis uocis cōplexe sit causa generalis appentie in cōpōne τ diuisione nisi fuerit pncipiū sufficiēs distinguēdi vnum locū ab alio: oportet sup istam cām gnālē aliqd addere ꝙ ipsam determinet ad cōpōnem τ diuisionē: τ illud additū opꝫ eē aliqd ptinēs ad modū pnūciādi: τ sic cōpō τ diuisio actualem multiplicitatem oparent qd falsum est. ꝯñtia patet: qꝛ ibi esset vnitas mãe τ vnitas modi pnūciādi: τ hec duo integrāt locuz opantem actualē multiplicitatē: ergo rē. ¶ Item illud est cā appentie in cōpōne τ diuisione sb quo multa latēt: sed sub vnitate mãlium multa latent in cōpōne τ diuisione: ergo est sufficiēs pncipiū distinguēdi cōpōnem τ diuisionem. Minor patet per Arꝭ.
j.elēꝝ in illo capꝰ. Fallacia aūt fit in his. nam ibi vult Arꝭ.
c.5. ꝙ pp̄ter vnitatem mãliū credimus cōpōnem τ diuisionem eē idez. ¶ Item illud est cā appentie in cōpōne τ diuisione: qd est pncipiū tegēdi defectū: qꝛ defectus latet sub appentia: sed vnitas mãlium est sufficiēs pnci-
j.elēꝝ pium tegēdi defectum: ergo rē. Minor patet p Arꝭ.
c.3. Dicit enim ꝙ cōpō τ diuisio deficiūt ab elencho eo ꝙ non est eadē orō cōposita τ diuisa: diuersitas ergo orōnū est causa defectus in cōpōne τ diuisione: sed iste defectus latet sub vnitate mãlium: ergo rē. ¶ Ad oppositū. Qd est cōe duobus nō distiguit illa spēs: sed vnitas mãlis est cois cōpōni τ diuisioni: ergo rē.

Ut sciatur ueritas pme qōnis primo opꝫ dissoluere scdam, circa quā sunt diuerse opiniones. Quidam dicūt ꝙ vnitas mãlis est causa appentie gnālis in cōpōne τ diuisione: ipsa tñ diuersificata per diuersas habitudines diuersos locos cōstituit. Et hoc ponit sic. ppōnēs orōnem ɓm cōpōnem nō debet eam pferre ut indifferēter se hēt ad utrūqꝫ sensū qꝛ sic ita de facili pcipet rñdēs sensum cōpositū falsum sicut sensum diuisum uerū. Nec debet eam pferre sub sensu diuiso uero determinate. nam manifestatio sensus diuisi ueri est manifestatio sensus cōpositi falsi. Sꝫ debet eam pferre sub sensu cōposito falso cū habitudine ad sensum diuisum uerū. Uñ vnitas mãlis cum habitudine ad sensum diuisum uerū est cā appentie in cōpositione: τ vnitas mãlis cum habitudine ad sensū cōpositū uerum: est cā appentie in diuisione. Ista aūt habitudo est ex pte orōnis: pp̄ter qd vnitas mãlis cū habitudine ad sensum diuisum uerū est cā appentie in cōpositione. ¶ Sed ꝯtra hoc. In cā appentie cum sit pncipiū tegēdi defectū: nō debet esse aliq̄ occasio manifestādi defectū: sed in ista cā appentie est sufficiens occasio pcipiēdi utrūqꝫ sensum: qꝛ per hoc ꝙ pfert sub sensu cōposito falso possimus pcipe sensum cōpositum falsum. Et per hoc ꝙ pfert sub habitudine ad sensum diuisum uerū: est ibi occasio pcipiēdi sensum diuisum uerum: in cā ergo appentie eēt sufficiēs occasio ad defectum manifestādū. ¶ Itē inferius pbat ꝙ inter prolationē cōpositam τ diuisam nō cadit aliq̄ platio media qd tñ ponit ista positio: quelibet ergo platio uel est determinate platio sensus cōpositi uel sensus diuisi. Et nō vnius sub assimilatione ad aliud. ¶ Propter hec dicit aliter ꝙ cā appentie in cōpōne: est vnitas mãlis sub actuali prolatione sensus diuisi ueri. Quia opponens sophistice tria debet celare. s. pluralitatem significatoꝝ: falsitatem ppōnis: τ indeterminationē ad utrūqꝫ sensuz. Que tria per cām appentie tegunt: quia per vnitatem mãlem: tegit pluralitas significatoꝝ. Per hꝫ ꝙ pfert sub determinato sensu: tegit indeterminatio ad utrūqꝫ sensum. Per hoc ꝙ iste sensus diuisus uerus est tegit falsitas ppōnis. ¶ Sed ꝯtra istam viā arguo dupl'r. Primo sic. omne qd appet habet aliquam similitudinē illius qd appet: sicut auricalcum qd appet aurum, habet aliquam siliͭtudinem auri: si ergo orō cōposita appet eē uera oportet ꝙ in se habeat aliquam similitudinem ad diuisam uerā. Sed ista positio nō ponit aliquam siliͭtudinem in orōne cōposita ad diuisam: ergo rē. ¶ Cōfirmat ratio. Naz uera natura auri nō est causa q̄re auricalcū appet aurum. Ergo ueritas sensus diuisi non est causa q̄re orō cōposita falsa appet esse uera. Sed sic dicētes forte dicerēt ꝙ ueritas sensus diuisi non est causa pcisa appentie in cōpōne: sed similitudo orōnis cōposite ad diuisam. Et ista siliͭtudo prouenit ex vnitate mãlium. ¶ Sed videt ꝙ ista rñsio cōcedat ppositū: nam formale in cōpōne est ista similitudo τ ista siliͭtudo puenit ex vnitate mãli: ergo vnitas materialis est sufficiēs pncipium appentie in compōne τ diuisione. ¶ Item in omni loco in dictione: idē est qd tegit falsitatem ppōnis uel pluralitatē τ qd facit apparētem ꝯtradictionē. sed vnitas mãlis est causa apparētis cōtradictionis: ergo rē. Minor pbat. nā si querat: vidisti ne oculo hūc pcussum. hec ppositio concedit. Si iterum querat: vidisti ne hunc pcussum oculo: hec negabit. Et causa istius appentis ꝯtradictiōis est vnitas mãlis: ergo rē. ¶ Propter hec dicit aliter ꝙ cā appentie in cōpōne est vnitas mãlium plata in sensu cōposito falso. Et hoc videt hēri ab Arꝭ. qꝛ Arꝭ. i pmo huius: ubi determinat de locis sophisticis quantum ad eoꝝ appentiā: nō ponit aliquam orōnē in fallacia cōpōnis: qn in sensu cōposito sit falsa: nec aliquā iuxta diuisionē qn in sensu diuiso sit falsa. ¶ Sed contra hāc viam arguit dupl'r. Primo sic. Illud non pōt eē cā appentie in loco sophistico sine quo ꝯuenit repire locum illū: qꝛ locus sophisticus nō est sine appentia Sed ꝯuenit repire cōpōnem τ diuisionez sine falsitate alterius sensus: ut patet per exēplū. Uideo hoiem magnū baculum tenētem: hic est cōpō τ diuisio: eo ꝙ hec determinatio noīalis magnū: pōt determinare hoiem uel baculū: τ in utroqꝫ sensu pōt eē ppō uera: posito casu possibili. ¶ Itē sophista dꝫ arguē ex appenter ueris sed si cā appentie in cōpōne eēt vnitas mãlis plata in sensu cōposito falso: ex manifestis falsis argueret sophista: qd ei nō eēt ꝯueniēs. Et pterea ut argutū est: in cā appentie nō dꝫ eē aliq̄ occasio manifestādi defectū: ex quo defectꝰ latē dꝫ sub appentiā. Sed platio cōpositi falsi est occasio manifestādi defectum: ergo rē.

Propterea pōt dici ad qōnē: ꝙ vnitas mãlis est cā appentie gnālis in compōne τ diuisione: sed qꝛ cōe inquātū hꝰi nō distinguit: ideo ipsa diuisa uel ptita per diu'sas diās: diu'sos locos ꝯstituit. Nā siliͭtudo orōnis cōposite ad diuisaz est cā appentie in cōpōne. Et siliͭtudo orōnis diuise ad cōpositā est cā appentie in diuisione. Nūc aūt iste siliͭtudies dint ɓm spēm: τ ideo pñt distinguē locos ɓm spēz. Qꝫ aūt iste due siliͭtudines differāt ɓm spēm. pbatio: nam relationes diuersificant ɓm spēm: ɓm diuersitatez fundamētoꝝ ɓm spēm. Nūc aūt fundamēta istarū siliͭtudinū sūt modi pferēdi cōpositim ul diuisiꝫ. Et isti modi dint ɓꝫ spēz: iō iste siliͭtudies dint ɓꝫ spēz. Maior pꝫ

nam silitudo que fundaē sup albedinē: differt specie a silitudine que fundaē sup nigredinē: qꝛ albedo ꝛ nigredo specie distinguunē. Secūda pars minoris patet. s. ꝙ modi ꝓferēdi cōpositim uel diuisim differūt, ƀ ʒ speciē: qꝛ maior est diuersitas inter modos ꝓferēdi cōpositim uel diuisim: ꝙ̄ iter mālia nūc ꝛ iterum, plata: sed mālia nūc ꝛ iterū, plata differūt ƀm nūm: ergo modi ꝓferēdi cōpositim uel diuisim differūt ƀm spēm. Et ꝑterea modi ꝓferēdi sunt forme locoꝝ differētiū ƀʒ speciē: ergo ꝛc̄. Prima ps minoris patet que fuit: ꝙ iste silitudines fundanē sup istos modos ꝓferēdi specie diuersos. Nam silitudo orōnis cōposite ad diuisam uel attēdiē solū penes vnitatē mālium uel penes modos ꝓferēdi cōpositim uel diuisim. Nō penes vnitatē mālium: nam talis silitudo non causat deceptionem que appropriaē cōpōni ꝛ diuisioni: nam in mālibus cōpō ꝛ diuisio nō distinguunē. Si enim aliqs credat materialia eē eadem: ꝓpter hoc non decipiē. Ista ergo silitudo attēdiē secūdo mō: hoc patet: si nos inspiciamꝰ ad modum quo decipimur ƀm cōpōnem ꝛ diuisionē. Si enī queriē: putas ne uerum dicere nūc: qn̄ tu factꝰ es. Cito rn̄dēs hāc ɔcedet. Si ergo ulterius inferaē: factꝰ es: ergo nūc: deceptio nō accidit qꝛ rn̄dēs credat materialia eē eadem. sed ꝓpter silēm modum ꝓferēdi compositim ꝛ diuisim. Et hoc vult Ar̄. tam in ꝑmo huiꝰ ꝙ̄ in scd̄o. Dicit enim ꝙ nos decipimur ƀm cōpōnem ꝛ diuisionem: eo ꝙ nihil putaē differre cōposita ꝛ diuisa orō. Un̄ dicēdum ꝙ vnitas māliū cum silitudine orōnis cōposite ad diuisam est causa appentie in cōpōne ꝛ ecōuerso in diuisione. Et lʒ iste silitudines radicaliter ꝓueniāt ex vnitate mālium: iste tn̄ silitudines sup modos ꝓferēdi cōpositim uel diuisim fundanē: q sunt specie differētes. ¶ Ulterius intelligēdū est ꝙ arguēs sophistice ƀm cōpōnem habet ꝓferre talem orōnē in sensu diuiso uero. Nam si ꝓferret eam in sensu cōposito falso: ibi eēt occasio manifestādi defectū ꝛ falsitatē. Sed tn̄ ueritas sensus diuisi nō erit causa appentie in cōpōne: sed silitudo orōnis cōposite ad diuisam ut dictum est. ¶ Sed ɔtra hoc arguo ꝛ ostēdo: ꝙ ista similitudo nō sit causa appentie in cōpōne: qꝛ causa apparentie in omni loco in dictione debet eē obiectum sensus. Cum ergo silitudo ista sensui nō obijciaē: nō erit causa appentie in compōne. Dicēdum est ꝙ ista rl'o obijcitur sensui per hoc ꝙ vnitas mālium sensui obijcitur: sicut silitudo sortis ad platonem in albedine sensui obijciē. ¶ Ad ꝑmam rōnem istius scd̄e qōnis cum diciē: Si vnitas mālis nō sit sufficiēs causa appentie cuʒ sit gn̄alis: oportet sup istam aliqd addere. Dicēdum ꝙ illud additū est silitudo orōnis composite ad diuisam ꝛ nō modus ꝓferēdi. ¶ Ad scd̄am patet per dicta i questione. ¶ Ad tertiā qn̄ diciē: ꝙ vnitas mālis tegit defectum ꝛc̄. Dicēdum ꝙ vnitas mālis nō facit apparētiam sine silitudine: nec tegit defectū. ¶ Ad rōnes prime qōnis. Dicēdum pro ꝑma rōne ꝙ sil'e est quo ad hꝯ ꝙ utraqʒ multiplicitas est in orōne: sed tn̄ ex hoc nō sequiē ulterius ꝙ si in actuali multiplicitate orōnis nō est nisi vnus locus: ꝙ ideo ƀm potētialem multiplicitatem nō sit nisi vnus locus. Nam in potētiali multiplicitate orōnis est distinguere duas causas appentie specie differētes: sicut dictū est. Et etiā duas causas non exn̄tie latētes sub illis causis. Sed in actuali multiplicitate orōnis nō est distinguere nisi vnam cām appentie: ꝛ vnam cām nō exn̄tie: ideo nō est sil'e. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ circa hoc sunt diuerse opiniones de qbus videbiē inferius. Sed tn̄ dicēdū est pro nūc: ꝙ quātū est ex potētiali multiplicitate: Ar̄. potuit distiguisse duos locos penes accētū: sicut penes cōpōnem ꝛ diuisionem. Sed forte ɔsiderauit hūc locum, put magis ɔueniēs est usui sophistico. Et hoc est in scriptura ꝛ poematibꝰ ut ipse testaē. Et ɔsiderādo accētū, put est i scriptura ꝛ poematibꝰ est ibi solū vna cā appentie. s. eedē lr̄e ꝛ sillabe. ¶ Ad 3^m patet per dicta in pōne.

Questio. XXV.

ctuz nr̃m pro nunc vnũ.ſ.deus ꝓpter exceſſum ſue en
titatis.aliud.ſ.mã p̄ma ꝓpter defectum ſue entitatis.
hec ibi etiã Frãciſcus in ꝯflatu diſ.iij.q.vij.vult qua
tuor gña entium nõ poſſe mouere itellectũ nr̃m uel ha
bere actiuitatẽ in ipm qđ idem eſt que ſunt mã prima/
quãtitas/relatio/⁊ ꝓp̄etas indiuidualis.que oĩa ſunt
forme non actiue:ut dicit ibi: ex qbus oibus ſequit̃ ꝙ
intellecꝰ circa multa oꝑat̃ a qbus tñ nõ mouet̃: ⁊ per
ꝯñs nõ videt̃ dictum doctoris in hoc loco eſſe ſanum.
Põt dici ꝙ doctor loquit̃ ibi large de mouẽ qđ idem
eſt ꝙ terminare actũ itelligẽdi q̃le mouere cõuenit q
buſcũqꝫ entibꝰ:nõ aũt loquit̃ de mouere ſtricte qđ idẽ
eſt ꝙ ſua virtute aut efficacia agere in intellectũ ⁊ ex
citare eum ad actuz per ſe ꝑſeytate tertij modi.⁊ per
ꝯñs ul̓e uel ſcđa itẽtio imo qđcũqꝫ ens põt hoc modo
mouere itellectũ:ſed reſtat tertia difficultas ex dictis
doctoris ibidem qñ dicit ꝙ mouere eſt entis in actu.
¶ Iſtud dictũ videt̃ in ſe falſum qꝛ multa mouẽt itel
lectũ que nõ ſunt entia in actu puta ſingulare quiddi
tates hñtes eẽ ſolum in potẽtia obiectiua: cuiuſmodi
ſunt innumerabilia.puta q̄dditas.tonitrui.⁊ eclipſis
ſtelle:comete: roſe ꝓducẽde in eſtate. ponẽdo ꝙ nul
la ſit in rerũ nã:⁊ ſic de oibꝰ paſſionibꝰ methauroꝝ.i.
ꝑtinẽtibꝰ ad libros methauroꝝ ⁊ hꝰ.ac breuiter de q
buſcũqꝫ quidditatibꝰ nullũ ſingulare in reꝝ nã aut exi
ſtẽtiã hñtibꝰ.hec eni oĩa mouẽt itellectũ ad notitiam
⁊ ad ſcientiã:⁊ tñ nõ ſunt in actu ſed in potentia:ergo
mouere nõ eſt entis in actu qđ eſt ꝯtra doctorẽ. ¶ Re
ſpondeo ꝙ ſicut doctor loquit̃ metaphiſice de mouere
qꝛ nõ de mouere ut loquat̃ nãlis prout eſt in quantita
te:uel qualitate:aut ubi:quia nullum obiectuz mouet

intellectū.ſ.abijciēdo ꝑorē formā ⁊ iducēdo aliā ſibi ꝯriā ſed ſolū inmutat ipm ⁊ q̄ſi excitat ad actū ⁊c̄. Ita loquit̄ metaphiſice de actu q̄ꝛ nō de actu nāli ⁊ phiſico qui termiat potētiā obiectiuā mediāte v̄tute alicuius agētis deducētis effectū aut ꝓductū de potētia ad actū: ſed loquit̄ de actu metaphiſicali ⁊ formali ac entitatiuo ſeu q̄dditatiuo q̄ſi modo uocat ſepe ifra ut capl'o de d̄ria actū ipam formā. ubi dicit ꝙ act⁹ forma ⁊ q̄litas idez ſunt. ⁊ iſto mō quecūq̄ȝ q̄dditas ſiue ſit realis.i.metaphiſicalis: ſiue rōnis puta logicalis pōt dici eē in actu.i.nō eſt nihil ul' ens ꝓhibitū ſed ens ratū ⁊ firmū ⁊ in eē q̄dditatiuo ꝯſtitutū aut repoſitū ſi ſic loqui liceat: ſed de hoc magis ifra ⁊ ſic patet doctoris ſaniſſimā eē ſniaȝ. ¶ Pro rñſiōe ad 2^m arg^m quā q̄dā doctoꝛ dat ⁊ Scot⁹ ipugnat ſunt nō pauca ꝯſiderāda circa illā ipugnationē q̄ꝛ ſb̄tilis eſt ⁊ difficilis. ubi ꝯſiderādū p̄mo ꝙ 2^m arg^m uolebat ꝓbare ul'e nō eē ens tali medio qd̄ tñ ponā in clariori forma. oē illd̄ qd̄ eſt ens aut eſt p̄ma ſb̄a. ul' iclusum aliq̄ mō in ea: aut eſt alid̄ a p̄ma ſb̄a. ſed ul'e eſt ens ſm̄ te. ergo aut eſt p̄ma ſb̄a uel iclusū aliq̄ mō in ea aut eſt alid̄ a p̄ma ſb̄a. ſed nō eſt p̄ma ſb̄a q̄a tūc eēt ſingulare ⁊ nō ul'e. nec eſt aliud a p̄ma ſb̄a. ꝓbat̄ q̄a per Ar̄. in p̄dicamētis oē qd̄ eſt alid̄ a p̄ma ſb̄a ul' d̄ꝛ de illa ul' eſt in illa: ſed ul'e neutro iſtorū duoꝝ modoꝝ ſe hēt. qd̄ ꝓbat̄ ſic ⁊ p̄mo de p̄ma pte ſ. ꝙ ul'e nō d̄ꝛ de p̄ᵃ ſb̄a: q̄ꝛ ſm̄ ph̄m in p̄dicamētis ſole ſecūde ſb̄e dicunt̄ de p̄mis. ſed nullū accñs itētionale eſt ſecunda ſb̄a: q̄ꝛ ſb̄a ⁊ accñs opponunt̄ q̄ꝛ diuidunt ens finitū ut patet: ⁊ per ꝯñs ul'e cuȝ ſit añs nullo mō d̄ꝛ de p̄ma ſb̄a. ꝙ aūt nō includat̄ in p̄ma ſb̄a patet: q̄ꝛ oppoſitū nō icludit̄ in oppoſito: ſb̄a ⁊ accñs ſūt oppoſita ut dixi etiā nullū poſteri⁹ icludit̄ in ſuo ꝑori ſed oē accidēs eſt poſteri⁹ ſb̄a ⁊ maxie accñs itētionale cuiuſmodi eſt ul'e. Secūda ps ꝓbat̄.ſ. ꝙ ul'e non eſt in p̄ma ſb̄a q̄ꝛ eē ieſt ꝓp̄etas accñtis: ſicut dici de eſt ꝓp̄etas. Sc̄de ſb̄e: ul' ſaltē ut coius loq̄mur dici de eſt ꝓp̄etas ul' ꝯditio cuiuſcūq̄ȝ ſupioris reſpectu ſui iferioris: nūc aūt ſi ul'e cū ſit accñs cōe eēt in p̄ma ſb̄a: ⁊ denoiaret illā eo ꝙ oē accñs denoiat ſb̄m ſuuȝ qd̄ iformat: q̄ꝛ ois forma ul' cā formalis ponit effectū ſuū formalē in illo in quo eſt ſicut albedo in re alba: ⁊ tunc ſequeret̄ ꝙ p̄ᵃ ſub̄a eēt ul'is ⁊ cois ⁊ ſic eēt ſc̄da ſub̄a ⁊ nō prima. q̄re ꝯcludit̄ ꝙ cū ul'e nō ſit nec p̄ma ſub̄a nec iclusum aliq̄ mō in ea nec aliud a p̄ma ſub̄a: ergo nullo mō eſt ens. maioꝛ illa patet ex ſufficiēti diuiſiōe eo ꝙ oē ens mundi eſt aliq̄ illoꝝ modoꝝ ſe hñs ut patet. ¶ Ad h̄ arg^m 2^m rñdēt q̄dā ut dixi ⁊ iſufficiēter q̄ꝛ dicunt ꝙ Ar̄. in illa diuiſione oē.ſ. qd̄ eſt aliud a p̄ma ſb̄a ⁊c̄. intelligit de eo qd̄ eſt p̄ter opōnē itellect⁹.ſ. de entib⁹ realibus ſiue nō depēdētib⁹ ab itellectu in ſuo eē: cuiuſmodi non eſt ul'e q̄ꝛ eſt ens rōnis ⁊ iō nō cadit ſb̄ illa diuiſiōe. ergo bñ ſtat ꝙ ſit ens ⁊ tñ nec ſit p̄ma ſb̄a nec dicat̄ de ea nec ſit in ea. hāc rñſionē ꝯfutat doctoꝛ per hoc ꝙ non ita loq̄t̄. nūc itelligit Ar̄. de ſc̄dis ſb̄ſtātijs ut illa rñſio putat. ⁊ arguit ſic ꝓbādo ꝯcl'oneȝ illā per hoc ꝙ ſecūde ſb̄e dñr de p̄mis: accñtia ſūt in p̄mis ⁊c̄. pro quo arg⁹ nota p̄º ꝙ ſc̄de ſub̄e pñt ſumi dupl'r. vno mō fūdamētal'r ⁊ ſb̄ſtractiue puta pro hoie in cōi: ⁊ boue: lapide: ⁊ ligno: ⁊ h⁹ⁱ. alio mō formal'r ⁊ inheſiue hoc eſt ꝓ tali itētione ſc̄da atq̄ȝ accñte itētionali que q̄dē itētio ſc̄da uocat̄ ſub̄a ſc̄da ⁊ fundat̄ in ſc̄da ſub̄a ſūpta p̄mo mō. Et iō dicit doctoꝛ ſc̄de ſb̄e ut ibi loq̄t̄.ſ. Ar̄. in p̄dicamēto nō ſunt p̄ter opōnē itellect⁹.i. ſunt itētiōes ſc̄de ⁊ accñtia itētionalia facta per opōnē itellect⁹ de q̄b⁹ itelligit Ar̄. in illa diuiſiōe ſupi⁹ facta ⁊ nō de illis ſc̄dis ſb̄ſtātijs que ſunt p̄ter opōneȝ itellect⁹.ſ. que ſumunt̄ fundamētal'r ⁊ ſb̄ſtractiue. Et deide ꝓbat doctoꝛ minorē ⁊c̄. ubi iteꝝ nota pro maiori clarificatiōe diuȝ. ꝙ ſm̄ itētionē Scoti in hoc loco ⁊ ēt in p̄dicamēto ſb̄e tam ſub̄a p̄ma q̄ȝ ſc̄da ſub̄a pñt ſumi dupl'r.ſ. fūdamētal'r ⁊ ſb̄ſtractiue pro itētionib⁹ p̄mis: ⁊ formal'r ⁊ inheſiue aut iformatiue aut accñtal'r pro itētionib⁹ ſc̄dis. ⁊ hoc ſc̄do mō ſumunt̄ a ph̄o: ⁊ a Scoto hic. ⁊ h̄ patet ex ꝓbatiōe doctoris in l'ra que eſt talis ſnīa. Ois diuiſio bona eſt alicui⁹ diuiſi per duo formal'r oppoſita. ut patet per oēs ſex ſpēs ul' modos diuiſionū quarū tres ſunt per ſe ⁊ tres per accñs. hec aūt eſt bona diuiſio ⁊ data a ph̄o ubi ſup̄. ⁊ eſt diuiſio p accñs ſiue vnuȝ mēbꝛū diuiſionis per accñs que eſt diuiſio ſb̄i.i. ſubiecte in accñtia q̄ꝛ eſt diuiſio p̄me itētionis per duas itētiones ſc̄das formal'r oppoſitas atq̄ȝ ꝯ̄rias ⁊ hoc dico ut utraq̄ȝ illaꝝ ſumit̄ ut q̄d. ſic eniȝ ꝯriant̄. de qua mā loquemur ifra loco ſuo. vñ ſub̄a prima ⁊ ſc̄da ut ſic ſumunt̄ formal'r ⁊ logical'r opponunt̄ ſicut ſingulare et ul'e uel ſicut incoicabile ⁊ coicabile aut aliq̄ tali mō. ⁊ iō hec diuiſio eſt diuiſio ſubi per accñtia itētionis prime per ſc̄das itētiones formal'r oppoſitas tñ ut ſumūtur fundamētal'r non ſunt oppoſite formal'r: imo ſunt idē idētitate formali ⁊ q̄dditatiua ſicut ſortes ⁊ hō: ſiue gñal'r ſicut ſupius ⁊ iferi⁹ eo ꝙ ſic ſumēdo ſc̄da ſb̄a eſt de q̄dditate p̄me ſub̄e ⁊ ifra eandē q̄dditatē impoſſibile ꝙ ſit aliq̄ oppō aut repugnātia. ut etiā ſumunt̄ formal'r ſunt duo ul'ia itētionalia hñtia ſb̄ ſe nōnulla idiuidua. hoc aūt manifeſte patet de ſub̄a ſc̄da q̄ꝛ p̄dicat̄ de plurib⁹ indiuiduis.ſ. de hac ſc̄da ſub̄a applicata hoī q̄ñ d̄ꝛ. hō eſt ſc̄da ſb̄ſtātia: ubi eſt p̄dicatio accñtalis ⁊ denoiatiua itētionis ſc̄de de p̄ma ⁊ p̄dicat̄ etiā de hac ſc̄da ſub̄a applicata aſino: qd̄ d̄ꝛ aſinus eſt ſc̄da ſub̄a: ⁊ ſic de alijs. vñ patet ꝙ hec ſc̄da ſubſtātia ⁊ h⁹ⁱ ſunt idiuidua itētionalia ſc̄de ſubſtantie in cōi: que indiuidua p̄dicant̄ de ſc̄dis ſubſtātijs fundamētal'r ⁊ real'r. de p̄mis aūt ſubſtātijs fundamētaliter nullo mō p̄dicant̄: q̄ꝛ nec denoiatiue: nec q̄dditatiue: nec etiā p̄dicatione exercita: nec ſignata eo ꝙ ut dixi formaliter opponuntur ut diuidētia. de p̄mis autem ſb̄ſtātijs formalibus ſiue formal'r ſumptis que ſunt itētionis ſc̄de nō p̄dicātur ſc̄de ſubſtātie formaliter ſumpte niſi p̄dicatione ſignata ⁊ nullo mō p̄dicatione exercita. ¶ Et hoc mō dicēdo ſc̄de ſubſtātie p̄dicant̄ de p̄mis uel dicunt̄ aut affirmant̄ de p̄mis ⁊ h⁹ⁱ: qualē p̄dicationē fac̄ doctoꝛ in p̄ncipio ipugnationis ꝯtra rñſionē q̄ñ dicit ꝙ ſc̄de ſubſtātie dicunt̄ de p̄mis. Et hec p̄dicatio nō pōt exerceri in eiſdē terminis quia tunc eēt falſa. Ut dicendo p̄ma ſubſtātia eſt ſc̄da ſubſtātia. nā formaliter opponūtur ut dixi ſupius. ſed exercet̄ ſolū in p̄mis intētionib⁹ ut ſic dicēdo ſortes eſt homo uel brunellus eſt aſinus: aut topaçion eſt lapis ⁊ huiuſmodi. ¶ Ex his habet̄ ꝙ he due p̄dicationes ſimul uerificant̄.ſ. ſecunda ſubſtātia eſt ſecūda ſubſtātia. ⁊ ſecūda ſubſtātia nō eſt ſecūda ſubſtātia ſed accidēs. nec eſt hic aliqua contradictio q̄ꝛ cōtradictio eſt vnius ⁊ eodē ⁊c̄. prima enim eſt uera tripl'r. p̄mo ut li ſecūda ſubſtātia ſumitur formaliter ⁊ a parte ſubiecti dicit quid ideſt vnā quidditatē ⁊ p̄dicatū ſimpl'r. q̄ꝛ p̄dicat̄ idem de ſe. ſecūdo eſt uera ut ſubiectū illius ꝓpōnis ſumit̄ fundamētaliter: ⁊ p̄dicatuȝ formaliter ut ſic dicēdo. homo uel aſinus aut lupus eſt ſecūda ſubſtātia: que eſt p̄dicatio denoiatiua ubi iam li ſecūda ſubſtantia: eſt intētio ſecūda ⁊ dicit modū reſpectu hois q̄ꝛ ſub tali modo intelligit̄ homo uel aſinus aut lupus. Tertio eſt uera ut tam ſubiectuȝ q̄ȝ p̄dicatū ſumunt̄ fundamētaliter: ut ſic dicendo. homo eſt homo uel homo eſt aīal. uel roſa eſt flos aut corpus. ⁊ ſic nō dicit modū ſed rem ⁊ vnū quid.i. vna res cois in p̄dicamento ſubſtātie predicatur de alia ſimili cōmuni: ſcilcet ſuperius de ſuo inferiori: ⁊ ſic patet ꝙ propoſitio eſt tripliciter uera. dico tamen ꝙ licet videatur vna propoſitio in uoce eſt triplex in ſignificatione: et in virtute ac in ueritate. Secunda propoſitio eſt

semel uera.s.secũda sub̃a nõ est sub̃a secũda:q2 secũda sub̃a ,put li secũda sub̃a capit̃ formaliter pro intẽtione secũda: ⁊ ut dicit quid est ul'e ⁊ accidẽs itẽtionale ⁊ sic secũda substãtia est accñs ⁊ nõ substãtia ⁊ per cõsequẽs nec substãtia scđa per locũ a gñe uel a toto vniuersali negatiue. ¶Satis igit̃ per hoc ,pbatũ est quõ scđa sb̃a sumpta formal'r ⁊ ƀm ĩtẽtionẽ doctoris hic est itẽtio scđa ⁊ accñs itẽtionale ac vniũsale logicale. Nũc etiã ondo quõ ƥma sb̃a formal'r sũpta.s.pro itẽtiõe scđa est ẽt ul'e logicale. Nã oẽ sup̃i' hñs sb se plura iferiora ⁊ idiuidua est ul'e ⁊ cõe:sed ƥma sb̃a sic sumpta est h°:ergo ⁊c̃.patet ꝯñtia cũ maiori.mĩor ,pbat̃. certũ enim est q sor.est ƥma sb̃a ⁊ plato est ƥma sb̃a ⁊ brunellus est ƥma sb̃a ⁊ smaraldus est prima sb̃a ⁊ sic de alijs:⁊ oĩa illa nõ sũt vna ƥma sb̃a:ergo sũt plures ƥme sb̃e:ḡ sũt hec ƥa sb̃a ⁊ hec ƥa sb̃a ⁊ hec ƥa sb̃a ḡ ⁊c̃. Hec ultima ꝯñtia patet q2 ƀ3 Priscianũ plurale nihil aliud est q̃ singulare geminatũ uel nũatũ.tũc sic hec ƥa sb̃a ⁊ hec ƥma sb̃a:⁊ sic de h° sunt singularia ⁊ indiuidua ut patet:igit̃ alicui' ul'is ⁊ nõ alteri' q̃ ƥme sb̃e in cõi qua ƥdicat̃ qdditatiue de oib' illis ⁊ sic sup̃i' de suis imediatis iferiorib':qđ dico signãter q2 duo alia superiora ƥdicant̃ de illis ul' saltẽ vnũ.s.itẽtio scđa eo q qđlibet illo2 singulariũ est qdditatiue itẽtio scđa:etiã singulare idiuiduũ l3 possit aliqs dubitare an hec sit ƥdicatio qdditatiua ⁊ sup̃ioris de iferiori:hec ƥma sb̃a est singulare ul' idiuiduũ:sic̃ est illa hoc singl'e est singl'e ⁊ hoc idiuiduũ est idiuiduũ.vnũq̃dq3 eni isto2 ƥdicat̃ de sorte qui est ƥma sb̃a fũdamẽtal'r ul' fũdamẽtalis ⁊ realis.nã sortes est ƥma sb̃a que est ƥdicatio denoiatiua.⁊ sor.est hec ƥa sb̃a ⁊ sortes est idiuiduũ ul' hoc singulare:⁊ sortes est hoc idiuiduũ ul' hoc singulare ul' h suppositũ uel hec psona ⁊ sic de alijs:que oẽs ƥdicationes sunt denoiatiue ⁊ scđarũ itẽtionũ de ƥa. ¶Silr de illa ,ppõne dubitaret̃.s.hec ƥma sb̃a est hoc singulare uel hoc idiuiduũ:utrũ sit ƥdicatio eiusdẽ de se ul' an sit denoiatiua ⁊ modalis ⁊ ita ẽt de multis ,ppõnibus puta de istis hoc ul'e est singulare ul' hoc singulare.hoc genus est idiuiduũ hoc gñalissimũ est singulare ul' hoc singulare ⁊ sic de ifinitis.sed pro nunc dimittunt̃ hec duo usq3 iferi' pp discõtinuationẽ nimiã nr̃i ,pcessus. Et iõ ad ,ppositũ reuertẽdo dico:q he ƥme sub̃e sunt idiuidua ƥme sb̃e in cõi ut oĩa formal'r sumunt̃ ⁊ ,p intẽtionib' scđis:que idiuidua applicant̃ huic ƥme sb̃e ⁊ illi sũptis fũdamẽtal'r:ut hec ƥma sb̃a sorti ⁊ hec ƥa sb̃a brunello ⁊c̃. Nã sic idiuidua scđe sb̃e ul'is formaliter sumpte applicant̃ scđis sb̃stãtijs ul'ib' fũdamẽtalib' ⁊ realib' ut hoi asino boui ⁊c̃.sic idiuidua prime sb̃e sumpte formal'r applicant̃ ƥmis sb̃stãtijs fũdamẽtalib' ⁊ realib' que sunt idiuidua scđa2 sb̃a2 fũdamẽtaliũ.s.idiuidua itẽtionalia idiuiduis realib' ⁊ formalia fũdamẽtalib':⁊ sb̃e ƥme ut sũt formal'r sũpte applicant̃ sb̃stãtijs ƥmis fũdamẽtal'r sũptis ⁊ sic aliqñ idiuidua itẽtioãlia applicant̃ nõ idiuiduis fundamẽtalib' l3 fũdamẽtis ul'ib'.cuiusmodi idiuidua sũt hec scđa sb̃a ⁊ hec scđa sb̃a ⁊c̃.Et aliqñ idiuidua itẽtionalia applicant̃ idiuiduis itẽtionalib':ut hoc singulare ⁊ hoc singulare applicant̃ huic sb̃e scđe:⁊ huic sb̃e scđe:⁊ ẽt huic ƥme sub̃e ⁊ huic ƥme sub̃e ut oẽs sumunt̃ formal'r. talib' ãt modis ⁊ ,p talib' applicatiõib' cognoscunt̃ iste due itẽtiões scđe ⁊ ul'es siue hec duo ṽba itẽtionalia ul'ia que sunt sb̃a ƥa ⁊ sub̃a scđa ut sumunt̃ formal'r ƀ3 itẽtionẽ Scoti hic ⁊ ẽt in ƥdicamẽto sub̃e:ut idẽ affirmat in vna ,ppritate sub̃e:⁊ ẽt cognoscunt̃ singularia utriusq3 ut patuit: que tñ cognitio est a posteriori ⁊ ,p extriseca uel exteriora q2 singularia ƥme sb̃e formal'r sumpte applicant̃ fũdamẽtis incoicalib' de ƥdicamẽto sub̃e ⁊ soli illis.Et iõ ista duo ul'ia sunt ul'ia artata ⁊ due spẽs ul'is in cõi:q2 ꝯhunt ipm ad ul'ia applicabilia ad res ƥdicamẽti sub̃e ⁊ ad denoiantia solumõ,tales res:uel saltẽ ad res ⁊ ꝯtẽta sub sub̃a trãscẽdẽte qđ dico pp deũ ⁊ diuia q2 in deo repiunt̃ sub̃e ƥme ⁊ icoicabiles puta psone diuie ⁊ ẽt coicabiles uel saltẽ vna sub̃a coicabilis:que tñ nullo mõ est purificabilis.s.essentia diuia uel deitas de qua nõ nũc sed in theologia ¶Declarata ergo satis apte ista ipugnatiõe doctoris quã facit ꝯtra rñsionẽ ad 2m argm q2 nõ ualuit. Nũc videam' rñsionẽ suã ,ppriã ubi dic̃. Ideo d' al'r q ul'e d' de ƥmis.i.sb̃stãtijs:ubi nota q hic ite2 est ƥdicatio signata in itẽtionib' scđis que exercet̃ in reb' ƥme itẽtionis.sic sortes est hõ ul' hec rosa est flos ⁊ h°.sed tñ attẽde quõ est ue2 qđ dicit doctor.s.q ul'e d' de ƥmis q2 ul'e in sua coitate nunq̃ d' de ƥmis nec in ƥdicatione signata nec exercita ⁊ iõ scias q ibi est suppõ psonalis q2 li ul'e supponit in illa ,ppõne pro suis iferiorib'.s.,p scđis sb̃stãtijs formal'r sumptis:que ut iã diximus sunt ul'ia artata ⁊ spẽs ul'is in cõi limitãtes ipm ad res ꝯtẽtas sub sub̃a psentiali ul' trãscẽdẽte.⁊ q2 iõ scđe sb̃e dicunt̃ de ƥmis in ƥdicatiõe signata iõ ul'e in cõi d' de ƥmis sb̃stãtijs:q2 in suis iferiorib' ut dictũ est nõ aũt in se ⁊ in sua coitate.⁊ iõ dicit doctor ꝯñter ad illõ qđ est ꝯtra hoc.s.q sole scđe sub̃e dr̃ de ƥmis:sed ul'e nõ est scđa sub̃a sed accñs itẽtionale ergo ⁊c̃. Dicit q secunde sub̃e ut phus logt̃ de eis in loco p̃fato sunt accñtia nõ tñ quecũq3 accñtia:q2 nõ sunt accñtia realia qb' cõpetit eẽ in/sed itẽtionalia qb' cõpetit dici de. Nã esse in/⁊ dici de/sũt duo mẽbra diuisiõis q̃drimẽbris:quã ponit phs i antep̃dicamẽtis ut patet.⁊ uideat̃ Burle' ibidẽ ⁊ tũc dic̃ doctor sic.ul'e aũt est qd coius ad scđa2 sb̃a2:q2 scđa sb̃a ⁊c̃. Iste aũt passus est iã sup̃ expositus ubi iã dixi q scđa sub̃a ut sumit̃ formal'r est vna spẽs ul'is in cõi ꝯhẽs ipm ad res ꝯtẽtas in ƥdicamẽto sub̃e uel in sb̃a trãscẽdẽte.⁊ per ꝯñs scđa sb̃a dicit ul'e applicatũ ad aliud in gñe sb̃e.i.sb̃a scđa ꝯhit ul'e ad res cõicabiles ƥdicamẽti sub̃e ⁊ nõ idifferẽter ad res coicabiles oiu3 ƥdicamẽto2:⁊ sic p3 rñsio. ¶Posset tñ aliqs istare ꝯtra doctorẽ pp hoc qđ dicit in hac rñsione v3 q accñtib' itẽtionalib' nõ cõpetit eẽ in/sed solũ dici de. ¶Istud eni nõ vr̃ ue2:q2 oẽ accñs qđ hẽt eẽ in aliquo sb̃o hẽt eẽ in/⁊ sibi cõpetit eẽ in/ut patet ex termis:q2 qđ sit in sub̃o ⁊ nõ sit in/vr̃ ꝯdictio.sed oẽ accñs intentionale hẽt eẽ in aliq̃ sb̃o.,pbat̃:q2 oẽ accñs itẽtionale est itẽtio scđa.scđe aũt itẽtiones sunt in ƥmis ƀm Auicẽnã sic in sb̃is suis.⁊ etiã iherẽtia est passio cuiuscũq3 accñtis ut patet per doctorẽ 7° metaphi.q.j.⁊ Antoniũ Andree ibidẽ ergo ⁊c̃. ¶Ad istud dico q h° accñtia itẽtionalia pñt sumi dupl'r.q2 uel ut uerificant̃ pro suis fundamẽtis ⁊ stant pro eis ⁊ hoc fit in ƥdicatiõe signata uel ut uerificant̃ pro seipsis ⁊ hoc fit in ƥdicatiõe exercita. Exẽplũ:cũ dico q scđe sb̃e dr̃ de ƥmis:ꝯstat q hec est ƥdicatio signata ut sepe sup̃ius dictum est ⁊ expositũ:⁊ sb̃m ⁊ ƥdicatũ ṽificant̃ ⁊ stant pro ƥmis utputa pro sorte ⁊ hoie aut h°:⁊ in illis hẽt exerciti' ut dicẽdo sor.est hõ uel h° ut supius fuit declaratu3.⁊ iõ q2 h° accñtia itẽtionalia fundant̃ ⁊ subiectantur in h° fundamẽtis:que ĩn ƥdicatiõe exercita dicũtur de alijs puta de ƥmis substãtijs.iõ in ƥdicatiõe signata talia accñtia itẽtionalia dicunt̃ dici de/⁊ nõ eẽ in/sed prout uerificant̃ ⁊ stant pro seipsis aut supponũt pro seipsis aut pro suis iferiorib' ⁊ nõ pro suis fũdamẽtis aut sb̃is sic bñ cõpetit eis eẽ in. Nã uerũ est dicẽ q sub̃a scđa sumpta formal'r est in sub̃o:q2 est in hoie uel aial'i aut lapide ⁊ h°.⁊ hec est ƥdicatio exercita que fit semp per li est/uel aliqđ ṽbũ sb̃stãtiuũ:cuiusmodi sunt existo ⁊ fio ut dicẽdo scđa sub̃a est in homine uel scđa sub̃a existit in hoie sicut in suo sb̃o ⁊ fũdamẽto ⁊ iõ nõ negat doctor qn h° accñtia itẽtionalia fundata in reb' coib' ƥdicamẽti sb̃e sint in sb̃iecto

ut ꝯsiderant in natura sua ꝓpria ⁊ in ꝑdicatione exercita sed solū dicit ꝙ eis cōpetit dici de/⁊ nō eē in.ꝓut stant pro suis ꝭbis ⁊ fundamētis ⁊ hoc fit in ꝑdicatiōe signata tn̄.⁊ sic dici demō pōt cōpetē oibꝰ accn̄tibꝰ itētionalibꝰ coibꝰ sed solū illis que fundant in rebꝰ ꝑdicamēti ꝭbe uel ꝭbe trāscēdētis ⁊ hoc est pp nām suoꝝ ꝭborum uel fundamētoꝝ ut dixi.⁊ ita patet rn̄sio ad 3m argumētū ⁊ cum ipo tertio argumēto satis patent.

c Irca qntā q̄onem qua querit an uⁿle sit per se itelligibile.Est ꝑmo notanda ꝯtinuatio ad ꝑcedentē.Nā in priori q̄one querebat an uⁿle sit ens.⁊ ꝓbatuz est ꝙ sic:qꝛ nihil pōt per se itelligi nisi ꝑsupponat eē ens ⁊ aliqd:iō merito cognito ꝙ sit ens querit an sit per se itelligibile.⁊ notāter dꝛ per se itelligibile pp multos negātes itētiōes scd̄as posse per se itelligi.ꝯcedūt eni ꝙ itelligunt nō tn̄ per se sed solū per accn̄s.s.per itellectionē ꝑmaꝝ itētionum.sed illā difficultatē tetigi in ꝑcedēti q̄one.Et iō vide ibi.hic tāgā ꝑmo scd̄m argm cuz sua rn̄sione eo ꝙ maiorē difficultatē faciūt.⁊ ultio exponā corpus q̄onis.2m argm vult ꝓbare ꝙ uⁿle nō est per se intelligibile hoc medio.Obm cuiuscūqꝫ potētie ꝑsupponit actui illiꝰ potētie que est circa illud obm:eo ꝙ nunq̄ȝ aliq̄ potentia pōt opari circa aliqd̄ obm nisi aliq̄ mō moueat uⁿl imutet ab illo obo ut patet per phm 2o ⁊ 3o de aia.⁊ sic talis potētia patit aliq̄ mō ab illo obo.⁊ iō dic doctoꝛ ꝙ ois ṽtus passiua ꝑsupponit suū obȝ in actu añ eiꝰ opōnē.i.nulla potētia pōt opari circa aliqd̄ obȝ nisi illd̄ obm sit ꝑus in actu.s.in actu metaphisicali ⁊ qdditatiuo:nō aūt opȝ ꝙ in actu reali phisico ⁊ actu exn̄tie ut exposui in ꝑcedēti q̄one:potētia eni capit suum actū ab obo suo per quē actū pōt opari circa ipȝ obm sed nec uⁿle nec breuiter aliq̄ scd̄a itētio ꝑcedit opōnez itellectꝰ nec ꝑsupponit ab intellectu.ꝓbat qcqd cātur ab aliq̄ est posteriꝰ ipo cuz sit effectꝰ eiꝰ.uⁿle aūt ⁊ ois 2a itētio cātur ab itellectu ꝭm cōmētatorez ⁊ Auic.ergo nō ꝑcedit in itellectū nec ꝑsupponit ⁊ per ꝯn̄s nō pōt mouē ipm q̄re seqꝉ ꝙ nō pōt itelligi ab eo ergo uⁿle cū sit hmōi nullo mō est per se itelligibile qd̄ est ꝓpositū.in hoc argꝰ vides quō Scotꝰ dat potētie passiue aliq̄ȝ actiuitatē:qꝛ opōnē circa obm a quo mouet.cū ergo i ꝓposito itellectꝰ possibilis sit hmōi potētia passiua de qua nūc loqꝉ sequit ꝙ itellectꝰ possibilis nō est potentia passiua ꝑcise:ȝ est ēt actiua:⁊ illd̄ bn̄ ꝯcedit doctoꝛ in quolibetis.q.xv.⁊ ēt in libro ꝑo distictiōe 3a.sed tn̄ quō hoc possit fieri alias videbit.tn̄ breuiter dico pro nūc qꝛ itellectꝰ possibilis est ꝑo passiuꝰ ⁊ i ꝑo sig̃.Deide ⁊ i 2o signo est potētia actiua ⁊ hoc tā ꝓductiua q̄ȝ opatiua:qꝛ est ꝑo potētia dictiua.⁊ deide itellectia sed q̄lr nō nūc sed alias qꝛ ꝑtinet ad ꝑm sniaꝝ.Deide in 3o sig̃ est iteꝝ passiua uel saltē receptiua.Nā itellectꝰ possibilis ꝑo mouet ab obo in se ⁊ in notitia ituitiua uⁿl a spē itelligibili cāta per itellectū agētē ⁊ fantasma ⁊ i notitia abstractiua ⁊ hoc q̄si semp in statu isto:⁊ ita ēt recipit in se illā spēȝ itelligibilē a qua mouet ad actū.in 2o āt signo ꝓducit cū ipsa spē recepta actū itelligendi termiatū ad obm illd̄ cuiꝰ illa spēs est repn̄tatiua ⁊ nō ad spēm illā:qꝛ illa est ita rō ⁊ mediū ac quo respectu itellectiōis:ꝙ ipsamet nō itelligit nec est qd̄ ⁊ hoc dico loquēdo de actu itelligēdi recto ⁊ ꝑus aut ꝑo ꝓducto:q est abstractiuus:tn̄ postea bn̄ itelligit aliq̄ actu secūdario ⁊ reflexo qui ē actꝰ arguitiuꝰ.In 3o aūt signo itellectꝰ possibilis recipit in se actū itelligēdi tanq̄ȝ vnū accidēs:qꝛ actꝰ itelligēdi est ꝭbiectiue in itellectu possibili ⁊ sic patet quō itellectꝰ possibilis est passiuus ⁊ actiuus aut opatiuus aut 3o receptiuus ac ēt passiuus:qꝛ i creaturis nūq̄ȝ coiter fit receptio forme ab aliq̄ agēte iprimēte sine aliq̄ passiōe ⁊ h̄ alias clariꝰ declaraui in q̄dā tractatu meo de octo gn̄ibꝰ actionū.¶Rn̄sio ad hoc 2m argm est satis mirabilis ⁊ etiā cauēda.Duo eni tāgit doctoꝛ ibi de itellectu ⁊ duo de eius obo que nō vident de oino ꝯsona ueritati ⁊ dictis suis libro ꝑo dis.j.q.vij.⁊ in q̄libet.q.ix.de itellectu eni tāgit duo.s.de itellectu agēte ⁊ eiꝰ opōne ⁊ de intellectu possibili ⁊ eiꝰ receptiōe uⁿl passiōe.tāgit ēt duo de obo itellectꝰ.Nā obm itellectꝰ agētis dicit eē qd̄qd est in fantasmatibꝰ.⁊ obm itellectꝰ possibilis est uⁿle in actu ⁊ logicale ac formalr̄ sumptū siue ꝭm modū accipiēdi uⁿle in.iij.q.supiꝰ in fine.Sic ēt h̄ñt duplicē terminū qꝛ terminꝰ itellectꝰ agētis est uⁿle in actu:⁊ terminꝰ itellectꝰ possibilis est actꝰ itelligēdi.Et ista colligunt exꝑsse ex rn̄siōe illa scd̄a.istoꝝ aūt quedā sūt bn̄ dicta ⁊ irreꝑh̄ēsibilia quedā aūt possent meliꝰ dici ut stati patebit.Uel saltē opȝ exponē itētionē doctoris.est eni bn̄ dictū ꝙ qcqd est in fantasmatibꝰ.s.qdditas relucēs uⁿl potiꝰ latēs ꝭb fantasmatibꝰ est obm itellectꝰ agētis.i.illa duo sil' vȝ.fantasma ⁊ qdditas latēs aut obūbꝛata ꝭb ipo fantasmate.nā itellectꝰ agēs mouet ꝑmo a fantasmate ad abstrahēdū qdditatē ꝭb ipo latētē uⁿl saltē ad abstrahēdū ⁊ cāndū spēm itelligibilē repn̄tatiuā talis obi ⁊ recōditā in sinu aut archa itellectꝰ possibilis.i.ꝓus recōdēdā.s.añ abstractionē recōditā in itellectu possibili:mediāte qua possit itelligē qdditatē illā cum ei placuerit uⁿl a uolūtate sūpserit ipertū itelligēdi.est ēt bn̄ dictuȝ ꝙ terminus itellectꝰ possibilis est actꝰ itelligēdi saltez aliqs terminus eiꝰ qꝛ imediatꝰ ⁊ ꝓpiquus:nō tn̄ oino ultimus ⁊ mediatꝰ ac remotꝰ:ut statiȝ videbit.Cetera aūt ut estimat possent correctiꝰ ⁊ meliꝰ dici ⁊ primo:ꝙ ut sup̄ itellectꝰ agētis uⁿl finis eiꝰ est uⁿle in actu:de quo nūc loqmur uⁿl uⁿle logicale ⁊ formalr̄ sūptū siue ꝓ forma.⁊ scd̄o ꝙ hꝰ uⁿle est obm itellectꝰ possibilis ⁊ oino ꝑsuppositū ab itellectu possibili ⁊ nullo mō cātum ab eo:sed ab itellectu agēte:cū ponit ibi eē finis.aut ut supra hec duo dicta nō pn̄t teneri ꝭm sensuȝ quē faciunt qꝛ si diceres ꝙ nō loquit de uⁿli logicali ꝓut est intētio scd̄a ⁊ forma itētionalis:tūc dico ꝙ illa respōsio nihil ualet ad argumētum nec ad intētum q̄onis qꝛ questio querit de uⁿli qd̄ est subiectū libri Porphyrij.⁊ ut pertinet ad logicam an scilȝ tale vniuersale sit per se itelligibile ⁊ non de uⁿli in actu.i.ꝙ est actualr̄ ⁊ cōplete abstractū qd̄ ꝑtinet ad metaphisicū ut.s.possit eē in ꝓpria dispōne ut itelligat de potētia ꝓpinq̄:ut sic loq̄mur qd̄ uocat itelligibile in actu ⁊ nō itellectū in actu de quo stati loq̄mur.Igit ut itelligant illa que dixi ⁊ ut ṽitas aliqualr̄ illucescat vidēduȝ est q̄lr̄ ꝓducat itētio 2a ⁊ a quo aut a q̄bꝰ causet:ac a quo depēdeat in suo esse ⁊ in suo cāri:⁊ ita que reqrunt ad oēz intētionē scd̄aȝ.sic ⁊ nō alr̄ itelligemꝰ istud qd̄ querimꝰ.Istā mā̄z alias tractaui.s.in tractatu meo maiori de formalitatibꝰ.in cᵒ de distictiōe rōnis.ubi locutꝰ suȝ de uero entiuȝ rōnis gn̄e que sūt 2e itētiōes q̄lr̄.s.distictio rōnis fundat in eis:qꝛ ibi posui bn̄ octo gn̄a entiū rōnis:in q̄bꝰ distinctio rōnis fūdat ꝭm diūsas ꝑtes ꝭbiuas ⁊ spēs entium rōnis.⁊ iō latiꝰ videant ibi illa que hic dicta sunt.Tn̄ ne forte ad manꝰ multoꝝ nō ueniat tractatus ille:⁊ qꝛ hec mā scd̄arū itētionū est multū nec̄iā pro hac logica Scoti ⁊ pro oi mā.Ideo q̄ztū ꝓ nunc expedit hec pauca dicamꝰ ⁊ clariori mō ꝙ in tractatu ꝑfato est ergo ꝑmo vidēdū a quo uel a q̄bꝰ cātur itētio scd̄a ⁊ ꝑsupponit ibi.Dico ꝙ cātur in gn̄e cāe efficiētis imediate ab actu itelligēdi ⁊ mediatiꝰ ab ipso itellectu nō tn̄ a quocūqꝫ actu itelligēdi nec a q̄cūqꝫ actu intellectꝰ nec ēt a q̄cūqꝫ itellectu cātur ēt aliq̄ mō efficiēter a ꝓꝑtate alicuius rei ⁊ hoc uel qdditatis uel singlaris uel dn̄e uel passionis siue ꝓprie uel accidētis uel modi itrinseci ⁊ sic de multis alijs:qꝛ breuiter a quocūqꝫ ꝯtēto ꝭb obo itellectꝰ tenēte se ex ꝑte rei uel reducibili ad obiectū intellectꝰ ⁊ a secuȝ ꝯuertibilibus pn̄t originalr̄ cāri scd̄e

itētiōes sic ꝙ in gn̄ali loquēdo cātur effectiue ab itel-
lectu ⁊ a re ex̄.i.nō depēdēte in sua nā ab itellectu ⁊ cā
tur ab itellectu ꝑncipaliꝰ ⁊ minus ꝑncipalr̄ a tali re qꝛ
sumo rē multū large.s.pro oi eo ꝙ nō est cātū ab itelle
ctu nr̄o ⁊ actu eiꝰ negociatiuo ul' cōꝑatiuo aut collati-
uo que oia stati exponā. ¶ Dico ḡ pº ꝙ itētio 2ª nō cā
tur a q̊cūqꝫ itellectu qꝛ nō ab itellectu agēte qꝛ termi-
nus seu finis itellectus agētis est ul'e metaphisicale in
actu siue sufficienter abstractū: aut spēs itelligibil' que
est repn̄tatiua huiꝰ q̄dditatis.⁊ istud sepe patet ꝑ istuꝫ
doctorē Scotū ⁊ spālr̄ libº pº distictiōe 3ª q̄ōne 7ª.in
q̊dā argumēto.⁊ in q̄olibet.q̄ōne.15.cātur igit̄ ab itel-
lectu possibili.⁊ ſm Scotū lib.2.distictiōe pª q̄ōne pª
cātur per itelligētiā ⁊ nō per memoriā.i.cātur per for
mā ⁊ ꝑtē formalē itelligētie nr̄e.i.per actū itelligēdi:
qꝛ ſꝫ doctorē istū sepe itelligētia nr̄a ē ꝯstituta ex duo-
bꝰ.i.ex itellectu possibili ⁊ actu itelligēdi iformante ⁊
actualr̄ ꝑficiēte ſm eūdē: sic memoria nr̄a scd̄a ꝯstituit̄
⁊ cātur ex eodē itellectu possibili ⁊ ex spē itelligibili si
bi actualr̄ ꝑsente ſm eūdē doctorē libº pmo distin.3ª.
Igit̄ qn̄ doctor dicit ꝙ itētio scd̄a cātur per itelligētiā
capit totū pro ꝑte ⁊ est locutio siue logica.i.cātur per
actū itelligēdi qui est forma ul' formale ipsiꝰ itelligētie
sic ēt spēs itelligibilis est forma uel formale memorie
nr̄e scd̄e.sed ꝯstat ꝙ nullus actꝰ itelligēdi cātur ab itel
lectu agēte: cū nullo mō itelligat ſm Scotū liº pº disti
ctiōe.3.q.7.⁊ in.4.distictiōe.14.soluꝫ eni abstrahit ⁊
nō itelligit etiā ſm ph̄m ⁊ cōmentatorē 3º de aīa. Igit̄
ois actꝰ itelligēdi cātur ab itellectu possibili: nō tn̄ di-
co ois actꝰ itellectꝰ: qꝛ nō actꝰ itellectꝰ agētis / qui est
abstrahē: neqꝫ ēt cātur itētio scd̄a ab oi actu itelligēdi:
qꝛ nō ab actu simplici nec ab oi actu itellectꝰ possibilis
qꝛ nō ab actu dicendi saltē nō imediate cātur ab eo ut
stati dicet̄. Igit̄ pmo pono ordinē ꝯcurrētiū ad produ
ctionē itētiōis scd̄e ⁊ quot sunt que reqrunt̄ ⁊ q̄lr̄ cō-
currūt: ⁊ deide ponā diffinitionē eiꝰ. ¶ In pº ergo si-
gno nāe eo ꝙ potētia nō opat̄ nisi moueat̄ ab ob̄o po-
no ob̄m siue quācūqꝫ rē ad ex̄ uel q̄dditatē mouētē in-
tellectū agētē ⁊ hec siue sit fantasiabilis uel nō: saltem
nō sine fantasmate suo uel alieno: ⁊ hoc in se uel in suo
singulari fit pma motio itellectꝰ agētis ad actū abstra
hēdi sic nec ēt actualis itellectio itellectꝰ possibilis po-
stea ut patet per doctorē liº pº distictiōe 3ª sepissime.⁊
lib.2.di.3.⁊ lib.4.in pluribꝰ locis eo ꝙ qn̄ itellectꝰ pos
sibilis actualr̄ itelligit aliquā q̄dditatē: opꝫ sil' ac pari
ter fantasiā fantasiari ⁊ ꝯsiderare singulare eiusdē.rō-
nes hꝰ videant̄ a doctore ubi sup̄.qꝛ non opꝫ hic recita
re. ¶ In 2º signo pono itellectū agētē. ¶ In 3º sig.opa
tionē eiꝰ abstractiuā. ¶ In 4º sig opus eius opatū siue
terminū ac finē eiꝰ.s.q̄dditatē abstractā uel spēm itelli
gibilē repn̄tatiuā q̄dditatis abstracte. ¶ In 5º sig mo-
tionē actiuā ipiꝰ spēi itelligibilis: que mouet ⁊ excitat
mediāte uolūtate ul' alio mō q̊cūqꝫ ipm itellectū pos-
sibilē. ¶ In 6º sig ipm itellectū possibilē cū sua motio
ne passiua: que motio duplex ꝑcedit oēm opōnē itelle-
ctꝰ possibilis: cū ut dcm̄ est nō opet̄ nisi moueat̄ ab ob̄o
s.uel i se ul' in sua spē. ¶ In 7º signo nāe pono pm actū
itellectꝰ possibilis qui nō est actꝰ itelligēdi: sed bn̄ actꝰ
itellectꝰ nec est actꝰ opatiuus: sed ꝓductiuus actꝰ opa-
tiui: ⁊ uocat̄ dictio actiua: ul' actꝰ actiuus siue dictiuus
nō dico dictatiuus: neqꝫ dictatio.⁊ hos terminos ple-
ne declaraui in meo tractatu de ꝓductiōe vbi in diuis
Nā scias lꝫ ph̄s in 3º de aīa nō fecerit mētioneꝫ de isto
pmo actu itellectꝰ possibilis: nō minꝰ tn̄ de necessitate
est talis: ⁊ hoc tam ſm viam sci Augustini q̄ꝫ Scoti ⁊
Frācisci de mayronis ⁊ inumerabiliū alioꝝ theologo
rū. Frāciscus eni in ꝯflatu di.3.q.9.reddit cām huiꝰ vi
de ibi in r̄nsiōe ad q̊ddā q̄rtū argumētū. ¶ In 8º signo
nāe pono terminū huiꝰ actꝰ dictiui.s.actū itelligendi
simplicē ⁊ pmū sil' cū sua dictiōe passiua siue ꝓductiōe
passiua: qua in eē suo ꝯstituit̄.⁊ iste actꝰ intelligēdi uo
cat̄ vbū mētis nr̄e tā a Scoto q̄ꝫ a Frācisco ut patet in
telligētibus ipsos ⁊ in nr̄o tractatu ꝑdicto declaraui.
Iste aūt actꝰ itellectꝰ nō est tm̄ actꝰ itellectꝰ sic ⁊ prece
dēs sed ēt actꝰ itelligēdi.⁊ ille prior uocat̄ actꝰ ꝓducti-
uus ⁊ dictiuus ⁊ est actꝰ aliq̊ mō trāsiēs ⁊ de gn̄e acti-
onis ul' saltē relōnis: ut meliꝰ dicā. Et si nō ꝑcipis q̄re.
vide ꝯflatū Frācisci distin.3ª.q.pª ⁊ 2ª.ubi loquit̄ de
multiplici actiōe.⁊ ego alias edidi tractatum de octo
modis ⁊ diūsitatibꝰ actionū.ubi hec oia optie decla-
rant̄. ¶ Scd̄s aūt actꝰ itellectꝰ q̄ dꝛ actꝰ itellectꝰ ul' itel
ligēdi uocat̄ actꝰ opatiuus tm̄ ⁊ est actꝰ imanēs qꝛ est
finis actꝰ ꝑcedētis ⁊ terminꝰ eiꝰ atqꝫ effectꝰ per quē ni-
hil reale pōt ꝓduci: lꝫ bn̄ aliqd̄ ens rōnis ⁊ diminutuꝫ
saltē derelectiue aut per modū sequele: qd̄ uocat̄ eē co
gnitū: sed ipemet actꝰ itelligēdi est ens reale ⁊ ultimo
ꝓductū realr̄ ⁊ simplr̄ per itellectū nisi uelis dicere ꝙ
hitus gn̄atꝰ qui est uere ens reale: sit ulterior effectꝰ ipi
us itellectꝰ possibilis.⁊ hoc sequēdo viā Frācisci in cō
flatu.dis.3.⁊.17.qui rōnabilr̄ ponit hitum nō cāri ab
actibꝰ sed a potētia cū ob̄o: sed de h̄ alias. ¶ Ex dictis
in hoc 8º signo vides q̄lr̄ itellectꝰ possibilis est potētia
ꝓductiua ⁊ opatiua: ⁊ iō hēs ordinē ordie nāe actū ꝓ-
ductiuū ꝑus ⁊ actū opatiuū posteriꝰ.⁊ cū isto intelli-
git ⁊ cū alio istū ꝓducit. Nūc aūt qꝛ iste actꝰ itelligen
di ꝓductꝰ est vnū accn̄s ⁊ per ꝯn̄s reqrit s̄bm. Iō in 9º
signo nāe pono actionē de gn̄e actionis: mediāte qua
actio opatiua ul' actꝰ itelligēdi ꝓductꝰ iprimit̄ in itel-
lectū possibilē.⁊ ab eo recipit̄ qꝛ ꝑus nā est eē ⁊ ꝓduci
q̄ꝫ imprimi: ⁊ recepi cuꝫ nihil possit recipi nisi pre hēat
eē saltē ꝑoritate nāe lꝫ nō semp durationis ⁊ sic hēmus
tria gn̄a ul' tres spēs opōnis in itellectu possibili. Pri
ma est opō de gn̄e relōnis que est ꝓductiua ⁊ respicit
actū itelligēdi pro termīo. Scd̄a est opō de gn̄e q̄lita-
tis que dꝛ itellectio uel actꝰ itelligēdi ⁊ est terminꝰ acti
onis ꝑcedētis. Tertia est actio de gn̄e actiōis. quaruꝫ
rōnē ⁊ ordinē vide in ꝯflatu Frācisci ubi sup̄.s.dis.31.
q.pª.⁊ ēt ꝓducē ꝓcedit recipe ul' recipi ⁊ recipe uel re
cipi actionē de gn̄e actiōis ⁊ passionē corn̄dentē. Cō
sidera tn̄ ꝙ nōdū hētur aliq̊ itētio scd̄a nō obstātibus
tot signis.s.nouē ꝑdictis. Et iō potes bn̄ vidē quō ul'e
logicale rōne cuiꝰ hec oia hic tractamꝰ nō ꝑsupponit̄
ab itellectu possibili cuiꝰ oppoᵐ vꝫ dicē Scotꝰ in hac
5ª q̄ōne quā exponimꝰ. ¶ Pono ḡ xᵐ signū nāe in q̊
est aliꝰ actꝰ itellectꝰ possibilis: qui dꝛ collatiuus uel cō-
paratiuus.⁊ nō est actꝰ itelligēdi simplex sic ꝑcedēs ⁊
mediāte isto intellectꝰ possibilis cōparat duo ob̄a ꝑus
itellecta ul' plura sil'.qd̄ fit duꝫ reuertit̄ sup ista ꝯsiderā
do nās ⁊ ꝓꝑetates ipoꝝ ⁊ hitudies mutuas aut ꝯue-
niētias aut discōueniētias q̄s iter se hn̄t ut statiꝫ dicet̄
Et iste actꝰ collatiuus est ēt aliq̊ mō reflexiuꝰ uel forsi-
tan est ꝯstitutꝰ ex duobꝰ actibꝰ reflexiuis uel pluribꝰ eo
ꝙ respicit plura ob̄a ꝑus cognita actibꝰ intelligēdi re-
ctis ⁊ simplicibꝰ sup que nūc reūtit̄ ⁊ reflectit̄ nō acti-
bꝰ pmis sed scd̄is: que plura ob̄a nō pn̄t forsan distin-
cte itelligi vnico actu in nūo eo ꝙ actꝰ eiꝰ distinguit̄
per ob̄a ⁊ hoc saltē extrisice ⁊ quo ad nūm lꝫ nō itrinsi
ce ⁊ formalr̄ nec semp quo ad spēm ut vult doctor liº
3.dis.j.q.j. Igit̄ ꝓbabilr̄ diceret̄ actū collatiuū eē ꝯsti-
tutū ul' itegratū ex duobꝰ ad minꝰ actibꝰ itelligēdi secū
darijs ⁊ reflexis mediāte quo actu collatiuo itellectꝰ
cōparat ut dixi duo ul' plra ob̄a sil' que ꝑus itelligebā-
tur pluribꝰ actibꝰ rectis ⁊ pmis ac simplicibꝰ.uel for-
san meliꝰ diceret̄ ꝙ actꝰ itelligēdi cōpatiuus aut colla
tiuus nō est vnicus actꝰ nūo sed duo uel tres aut pl'es
actꝰ reflexi ⁊ secūdarij ſm nūm oboꝝ sup que fit refle-
xio ⁊ que sil' cōpant̄. Eligas quā viā uolueris. ¶ In
xjº signo pono cātionē ipsius itētiōis scd̄e ꝯsurgētē ac

ordine nāe ꝯñtē ex ipso actu itelligēdi collatiuo predi
cto. Jn. 12. signo pono ipsaꝫ itētionē scđaꝫ cātā cū sua
cālitate ⁊ ꝓductiōe passiua. Et in. 13. signo nāe ei⁹ re
ceptionē in obiecto cognito. i. in q̄dditate ꝑus intelle
cta imo ad min⁹ bis ꝑintellecta: q2 ꝑmo actu ꝑmario i
telligēdi ⁊ simplici. ⁊ scđo actu scđario itelligēdi ⁊ col
latiuo. Jn. 14. signo pono actū aliū itelligēdi reflexiuū
simplicē ⁊ nō compatiuū aut collatiuū: quo talis scđa
itētio itelligit eo ꝙ ut bñ ꝓbat Bonet⁹ in ꝑdicamētis
caplo de relatione. nō eodē actu itelligēdi ꝓducunt se
cūde intētiones ⁊ itelligunt. Ex his ergo dictis patet
nūs ⁊ ordo reqsitoꝝ ad itētionē scđam cāndā ⁊ itelli
gēdā. Supest nūc tradē modū quo siue q̄liter causat i
tētio scđa ac q̄liter hec ꝑdicta ꝯcurrūt ad ei⁹ cātionē: ⁊
per hoc videbit ordo ⁊ rō ordis oium q̄tuordecim si
gnoꝝ nāe ꝑcedētiū. Cōsidera igit in cōpēdio ꝙ ꝑmum
reqsitū est res aliq̄ ꝑme itētionis mouēs itellectū possi
bilē ad actū ꝯsiderationis: sed pono itellectū agētem ad
actū abstractionis. ⁊ h⁹ᵒⁱ res ꝑme itētionis pōt eē idif
ferēter uel q̄dditas uel dr̄ia q̄dditatis uel passio q̄ddi
tatis aut modus itrinsec⁹ ei⁹ aut singularia ꝯtēta sb ea
aut reducibilia ad ipsam q̄dditatē uel ad ei⁹ singularia
⁊ breuiter vnūqđq3 ꝑtinēs directe uel idirecte ad am
bitū largissimū entis in cōi siue sit de⁹ siue creatura: uel
aliq̄d ꝑtinēs vni uel alteri: circa eni oia talia pōt itelle
ct⁹ possibilis cāre aliquā itētionē scđam: q2 aut itētio
nē gn̄alissimi aut trāscēdētis uel coicabilis aut icoica
bilis aut supioris uel iferioris ⁊ sic de h⁹ᵒⁱ innūabilib⁹ in
tētionib⁹ scđis: ⁊ semp uariabunt ꝫm uariationē obie
ctoꝝ ꝯsideratoꝝ: in q̄b⁹ fundant ⁊ subiectant ⁊ lꝫ hoc
fiat ꝫm uariationē nō tñ semp ꝯsilr: q2 lꝫ aial: color: fi
gura: ⁊ plāta uarient gn̄e gn̄alissimo ul' subalterno: nō
tñ hoc gen⁹ ⁊ illud gen⁹: ⁊ sic de alijs ꝯsilr uariabūtur
⁊ distiguent: imo solū nūo uariabunt itētiones ille se
cūde. s. hoc gen⁹ ⁊ illud que fūdant in eis imo hoc gn̄a
lissimū ⁊ illud gn̄alissimū que sūt scđe itētiones ⁊ fun
dant in suba ⁊ in quātitate: distiguunt solū nūo lꝫ ipa
fūdamēta maxime distinguant: tñ loquēdo de funda
mētis nō ꝯsilib⁹ aliquā vitatē hēt: q2 dr̄ia fūdata in rō
nali: ⁊ gen⁹ fundatū in aiali ⁊ ꝓpriū uel ꝓpria passio in
risibili ⁊ spēs in hoie ⁊ accn̄s in albedine: ac modus i
trinsec⁹ in exn̄tia uel hecceitate hn̄t aliquā distinctio
nē ꝓportionalē ꝫm ipsoꝝ fundamēta ⁊ subiecta ut de
se patet. Et ideo itellect⁹ possibilis mot⁹ ab aliq̄ tali re
⁊ deide ab aliq̄ alia quā ꝯfert ad ꝑorē cāt in utraq3 ali
quā intētionē scđam. i. duas in duab⁹: ⁊ ut sumamus
vnū exēplū pro oib⁹. Ecce itellect⁹ possibilis itelligēs
pro vno actu recto ⁊ simplici aial: ⁊ deide alio actu ꝯsi
msli hoiēꝫ. Deide compat vnū ad aliđ ⁊ sic ꝑcipit quā
hitudinē hēt vnū ad aliđ uel utrūq3 ad sua iferiora aut
ad supiora siue ad ꝯstituētia uel ad ꝯstituta aut aliq̄ ta
li mō: q2 videt ꝓprietatē aliquā in aiali uel ꝯditionem
quā nō videt in hoie. puta maiorē coitatē ⁊ extēsibili
tatē ad iferiora distincta specifice: ⁊ in hoie miorē coi
tatē ⁊ extēsibilitatē: q2 solū ad distīcta nūo. ꝯ fabricat
post h⁹ᵒⁱ collationē factā duas itētiones: puta genus ⁊
spēm: q̄rū ꝑmā attribuit aiali ⁊ scđam hoi: ⁊ hoc ꝑꝑ ꝑ
dictas ꝓꝑetates rcptas ipsis. ⁊ hac de cā scđe intentio
nes nō sunt figmēta: q2 ut dicit doctor in fine q̄rte qō
nis ꝑcedētis. figmēto nihil corrūdet in re ad extra: sed
scđis itētionib⁹ aliq̄d corrūdet ad ex̄ a quo mouet in
tellect⁹ ad cāndū talē itētionē. s. aliq̄ talis ꝓprietas ul'
ꝯditio ut dixi: ⁊ ita est repire in forte aliquā ꝓprietatē
que est icoicabilitas: ⁊ iō uocat idiuiduū uel singulare
aut subiectio alteri. s. suo supiori. ⁊ iō uocat suppositū
uel subiectio alicui accn̄ti cui subijcit ⁊ sic uocat sbm
⁊ ita de rōnali dicat eo ꝙ in illo repit ꝓprietas aut nā
distinguēdi uocat dr̄ia. ⁊ breuiter sic suo mō intelligat
de oib⁹ alijs itētionib⁹ scđis ⁊ earū fūdamētis ac sbie
ctis: ⁊ ita videbis ordinē ⁊ nūm reqsitoꝝ ad cātionē
alicui⁹ scđe itētionis ⁊ quō causat ⁊ q̄liter concurrūt.
¶ Nūc ergo diffinitionē scđe itētionis pono: quā eti
am al's q̄si ꝯsilr posui in tractatu meo de formalitatib⁹
que est talis. Scđa itētio est relatio rōnis nō q̄cūq3 sꝫ
fūdata in aliquo extremo act⁹ itelligēdi collatiui inq̄
tū cognito: ⁊ plura obiecta aut plures itētiones cōfe
rēs ad iuicē ⁊ terminata ad illud extremū inquātū co
gnitū eiusdē act⁹ collatiui: cāta per actū itelligēdi secū
dariū ⁊ nō ꝑmū reflexū ⁊ nō directū collatiuum ⁊ nō
simplicē: ꝑmit⁹ moto ipso itellectu ab aliq̄b⁹ ꝓprietati
bus ꝯñtib⁹ nāliter talia extrema: uel obiecta compata:
⁊ hec est diffinitio ul' aliq̄lis descriptio itētionis scđe:
q2 tñ dixi in descriptione ꝙ fundat in aliquo extremo
inquātū cognito est itelligēdū illud qđ iā supi⁹ dictuꝫ
est. s. ꝙ cū itētio scđa nō causet nisi in duodecio signo
posito supi⁹: ⁊ manifestū est ꝙ plures act⁹ itellect⁹ ⁊ ēt
itelligēdi ꝑcedūt necesse est ꝙ illud obiectū in quo fū
dari dꝫ sit multiplr ⁊ pluries ꝑcognitū: ⁊ iō nisi in ob
iecto cognito uel ꝑcognito inquātū ꝑcognito fūdari
pōt ⁊ nullo mō in obiecto simplr sūpto: ⁊ iō cū ois itē
tio scđa sit relatio rōnis: ⁊ nō tm̄ ens rōnis ut vult do
ctor in ꝑmo libro di. 23. ⁊ ēt in q̄rto di. ꝑma. q. 2. neces
se est ut hēat pro fundamēto vnū obiectū cognitū inq̄
tū cognitū: ⁊ aliud ꝯsile pro termino. hoc ēt vult Bo
net⁹ in ꝑdicamētis caplo de relatione. Ex ꝑdictis col
ligit ꝙ vnaqueq3 relatio rōnis que est scđa itētio depē
det ad min⁹ a. 14. uel a. 15. formalitatib⁹ sine q̄bus nec
cāri pōt nec fūdari: sed ipsas tibi colligēdas ⁊ repien
das derelinquo: q2 oia reqsita iā tibi in. 14. signis ad
ministraui: q2 tñ iā parū añ dixi ꝙ ois scđa itētio est re
latio rōnis ⁊ nō tm̄ ens rōnis. ¶ Notādum ꝙ ens rō
nis ꝙ nō est relatio rōnis uoco eē cognitū qđ est quid
dā derelictū in obiecto cognito per actum itelligēdi: a
quo cognoscit q̄si q̄dā termin⁹ aut sequela ipsi⁹ act⁹ in
telligēdi simplicis ꝑmi ⁊ recti q̄le eē cognitū uel ꝙ ta
le eē necesse est dare. ꝙ aūt ꝑcedat oēm scđam itētionē
ꝓbat Frācisc⁹ in ꝯflatu di. xlvj. q. j. ⁊. ij. ⁊ ēt Bonetus
in ꝑdicamētis caplo de passione. ergo vide eos. nō tñ
nego q̄n etiā ois scđa itētio possit fūdare tale cognitū
eē q2 q̄libet pōt itelligi ab intellectu. ⁊ ita derelinquet
h⁹ᵒⁱ eē cognitū in illa: sed locut⁹ suꝫ de obiectis ꝑmis ⁊
directis ⁊ nō de scđarijs ⁊ reflexis. Et tm̄ pro nunc sit
dictū de itētionib⁹ scđis: q2 forsan al's amplius dicam
ista tñ quo ad necessitatē sufficiūt: q2 pro nūc nō curo
ꝓbare aut reprobare dicta alioꝝ de itētiōib⁹: q2 opor
teret in mēsem ēt ꝓlōgare hāc expōnē siue cōmentum.
¶ Igit reūtēdo ad ꝑᵐ nr̄m ꝓpositū rōne cui⁹ hec dicta
sunt: vidē clari⁹ pōt ꝙ snia doctoris in scđa rn̄sione si
ue ultima qōnis. v. ꝫm sensum quē facit nō est tenēda:
nō q̄n aliquē sensum bonū hēre possit nō tñ ad ꝓposi
tū isti⁹. q. eo ꝙ ule de quo mouet. q. illā est itentio scđa
⁊ sbm libri Porphyrij ⁊ illa nō ꝑcedit oēm actū itelle
ct⁹ possibilis imo nullū actū ei⁹ ꝑmū ⁊ rectū. Et ideo
ulr loquēdo nō est uerū: lꝫ ꝑticulariter sit uerū: q2 itel
lect⁹ possibilis ꝑsuppōit ule logicale: q2. s. quo ad actū
ei⁹ reflexū scđariū ⁊ ultimū: nō tñ quo ad actū ipsi⁹ re
flexū ꝑmū aut ꝑmariū: q2 si attēdisti posui supi⁹ dupli
cē actū reflexū ⁊ hoc in duplici signo: q2 ꝑmū eoruꝫ po
sui in. x. signo: ⁊ scđm in. 14. signo: quo actu reflexo in
telligunt oēs scđe itētiones: ⁊ a ꝑori actu reflexo cānt
eo ꝙ ut dixi ibi nō eodē actu ꝓducunt ⁊ itelligunt: ne
cesse enim est aliq̄d ꝑus hēre eē q̄ꝫ eē cognitū saltē ꝑo
ritate nāe: semp aūt aut sepe ꝑoritate tpis aut duratio
nis. ⁊ certū est ꝙ iste act⁹ scđus reflexus ꝑsupponit ule
logicale: sicut ois act⁹ ꝑsupponit obiectū suū: ⁊ de tali
actu forsan itellexit doctor ibi: ⁊ sic pōt tunc saluari: ⁊
qđ dicit in fine isti⁹ rn̄sionis ꝙ q̄cq̄d est in fantasmati
bus est obiectū itellect⁹ agētis: ⁊ ule est finis ei⁹: ⁊ dič

supius q̄ itellectꝰ agēs nō presupponit ul'e logicale ut
patuit supra:nec ēt ul'e reale qȯ est in actu ꝓpinquo uł
potētia ꝓxima itelligibile:qꝛ illud est bñ finis eiꝰ:ꝛ ter
minꝰ:tñ supponit ul'e reale ꝛ metaphisicale:qȯ dᷓ ul'e
in potētia remota:qꝛ nōdū aliq̄liter abstractū per itel-
lectū agētē:ꝛ sic patet rñsio illa scōa per p̄dicta leuiter
itelligit corpꝰ istiꝰ.q.v. Nā cū ul'e logicale sit modus i
telligēdi respectu cuiuscūqꝫ quidditatis:uel cuiuscūqꝫ
qȯ qd est rei sensibilis aut mālis:qꝛ ut iā lōge supiꝰ di-
ctū est in.q.iiij.nihil itelligit nisi ul'e ꝛ cōe qꝛ nō singu
lare ꝛ hoc a nobis distincte:ergo necesse est ut itelligat
sub mō aut rōne ul'is:ꝛ certū est q̄ talis modus itelli-
gēdi cū sit itētio scōa ꝛ posterior oi re p̄me itētiōis nō
pōt eē idē eētialr cū tali re siue cū tali qȯ qd est aut cū
tali qdditate qȯ idē est:ꝛ iō ē modus eiꝰ accñtalis:ꝛ eo
posterior sub quo semp itelligit ꝛ idē intellectꝰ cogno-
scit dr̄iam iter utrūqꝫ:ꝛ per ꝯñs cognoscit modū illuꝫ
s.ul'e logicale. Scias tñ q̄ qꝛ diximꝰ q̄ oē qȯ itelligit i
telligit sub rōne ul'is.ꝛ iā diximꝰ q̄ ēt ip̄mmet ul'e per
se itelligit:videt seq̄ q̄ oporteat illud itelligi sub rōne
alteriꝰ ul'is:ꝛ illud ul'e iterū sub rōne tertij ul'is:ꝛ sic in
ifinitū. Jdeo ut tollat hoc dubiū ꝯsideres q̄ sicut dixi
supiꝰ.q.iiij.hoc est p̄uilegiū scōarū itētionū q̄ nō solū
sunt modi alioꝝ:sed ēt suimet uel sibiipsis sunt modi:
ita q̄ sub alia ꝛ alia rōne sūt qdditates aut qȯ qd est ꝛ
modi:inquātū eni itelligunt sunt qȯ qd est. Jnquātū
aūt sunt rōnes itelligēdi uel modi itelligēdi sic sūt mo
di:ꝛ ita modificāt seipsas sicut ꝛ alia entia:naꝫ spēs est
spēs ut spēs ubiqꝫ dicit qd qꝛ idē p̄dicat de se:ꝛ ēt spēs
est spēs ut spēs ex pte subiecti dicit qd:ꝛ ex pte p̄dicati
dicit modū:qꝛ sub tali mō intelligit spēs respectu ul'is
qȯ est genꝰ ad qnque ul'ia.nā spēs que est 2m ul'e in or-
dine est vna de illis qnque spēbꝰ ul'is:ꝛ ita idē denoiat
seip̄m in intētionibus scōis:ꝛ sic ad ꝓpositū ul'e est qd
ꝛ modus respectu suiipsiꝰ:q̄re pꝫ rñsio ꝛ ēt tota qō.

Circa sextā qōnē qua querit utrū ul'e hēat aliq̄s ꝓpetates. Est p̄mo viddraw dū de ꝯtinuatione ad p̄cedētē que est facilis:
qꝛ p̄us aliqd possit hēre ꝓprias passiones necesse est q̄
sit per se intelligibile:quo supposito rōnabilr petit an
hēat ꝓprias passiones:ꝛ ita querit hic de ul'i. Argumē
ta exponent cum eoꝝ rñsionibꝰ. Corpꝰ qōnis est satis
facile. Jbi eni doctor derelinq̄t in dicēdo q̄ istoꝝ duo
rū sit diffinitio ul'is:ꝛ q̄ istoꝝ sit passio.tñ p̄m ip̄m ifra
tenēduꝫ est q̄ p̄dicari de pluribꝰ sit eiꝰ diffinitio.ꝛ esse
vnū in multis ꝛ de multis sit eius passio:que passio qꝛ
nō est de eētia ul'is sicut nec aliq̄ passio mūdi est de es-
sētia sui sbi:lꝫ q̄libet sit idē eētialr suo sbo ꝛ vna res
secū ut sepe dixi ꝛ al's ꝓbaui demōstratiue:est tamē hꝰ
passio ꝯūtibilis cū ul'i:siue est ꝯūtibile secū p̄ter eētiā
ul'is:qꝛ nō est de eiꝰ eētia:ꝛ iest sibi in scōo mō pseita-
tis:ꝛ meliꝰ dᷓ q̄ iest sibi q̄ꝫ q̄ iheret sibi:lꝫ doctor utat
isto termino in hoc loco qñ dicit:illud hēt tale iherēs
pro passione.qꝛ p̄m v̄itatē ꝛ ꝓprie loquēdo:ꝛ ēt p̄m ip
summet in quotlibetis.q.ix.ꝓpe p̄ncipiuꝫ.iherē dicit
nō per se iformare:qꝛ iherē nō est alicuiꝰ actꝰ simplr:sꝫ
actꝰ p̄m qd ꝛ nō per se ꝯueniēs alicui nec cū isto cui in
heret facit vnuꝫ per se sed per accñs.ꝛ ideo dicit ibi q̄
nulla forma subalis pōt iherē alicui:sed tm̄ iest aut in
format illud cui ꝯuenit. Tūc ad ꝓpositū cū ꝓpria pas
sio nō ꝯueniat per accñs:sed per se suo sbo ꝛ facit vnā
eētiā secū:nullo mō ꝓprie loquēdo pōt dici iherēs ei
aut iherē:sed tm̄ ieē aut ꝯuenire:qꝛ ieē est supiꝰ q̄ꝫ iherē
ꝛ pluribꝰ ꝯueniēs. Jgit dicat q̄ doctor loquit nūc mō
extēso more alioꝝ:qui nō ita itelligūt terminos sicut
ipse. ¶ Rñsio ad p̄mū argumētū est satis difficilis:ar-
gumētū eni uoluit ꝓbare q̄ ul'e nō hēret aliq̄s ꝓprieta
tes:ꝛ declaro ac formo illud sic.oē sbm ꝛ eiꝰ ꝓpa pas-
sio ꝯūtunt ꝛ adeq̄ntur in coītate ut patet p̄o posterioꝝ
sed ul'e cū sit cōe nō pōt hēre aliqȯ singulare pro passio
ne:qꝛ illud nō adeq̄ret ei sicut nec sor.adequat hoi:er-
go opꝫ q̄ hēat aliqȯ ul'e ꝛ cōe pro sua passione:sed ul'e
ꝛ ul'e sunt idē.ergo idē erit passio suiipsiꝰ qȯ est icōue
niēs:qꝛ ꝓpriū nō idicat eētiā eiꝰ cuiꝰ est ꝓpriū p̄o topi
coꝝ.i.ꝓpriū nō est de eē eiꝰ cuiꝰ est ꝓpriū:ꝛ ideo distin
guit formalr a seipso ergo ꝛc̄. Doctor rñdēdo huic sb-
tili argumēto supponit p̄mo q̄ passio ipsiꝰ ul'is noiet h̄
noie.a.ut utat breuilogo ꝛ tūc cōcedit q̄.a.sit ul'e ꝛ q̄
p̄dicatio talis est bona in qua ul'e p̄dicat de sua ꝓpria
passione:tñ mitigat ꝛ declarat itellectū illiꝰ p̄dicatio-
nis dicēs:nō q̄ sit idē eētialr suo sbo sed q̄ ul'e appli-
cet ei ut modus eiꝰ ꝛc̄.ubi nota q̄ istud dictū uexat ca
pita multoꝝ:tñ breuiter ꝯsidera q̄ equocat ibi de sbo.
Nā multi credūt q̄ doctor ibi neget passionē eē idem
realr suo sbo ꝛ eētialr:qȯ nō est ueꝝ:sed loquit ibi de
sbo illiꝰ ꝓpōnis.s.a.est ul'e ꝛ nō de sbo passiōis:ꝛ vult
dicē q̄ tale p̄dicatū ul'e nō est idē eētialr illi sbo.scili-
cet.a.vꝫ sue ꝓprie passioni.i.nō est de eētia sue ꝓprie
passionis tanq̄ꝫ supiꝰ illa:imo nec est ēt idē sibi eētialr
ut sumit in p̄dicato talis ꝓpōnis uel ut p̄dicatū ibi qꝛ
ut statim dicet in rñsione ad p̄mā obiectionē ul'e sumi
tur ibi ut modus ꝛ nō ut qd. Et iō in istis duabꝰ ꝓpō-
nibꝰ.s.ul'e est.a.ꝛ.a.est ul'e:li ul'e sumit equoce:qꝛ in p̄
ma sumit ut qd ꝛ est p̄dicatio de scōo mō dicēdi per se
Jn scōa aūt sumit ut modus ꝛ est p̄dicatio denoiatiua
ꝛ accñtalis ꝛ nullo mō per se:ꝛ ideo dicit q̄ ul'e appli-
cat ipsi.a.ut modus eiꝰ:ꝛ ideo est p̄dicatio denoiatiua
dicēdo.a.est ul'e. Nā scias ēt q̄ li.a.qȯ est idē eētiali-
ter ul'i ut ul'e est qd ꝛ hēt rōnē ꝛ nām sbi respectu.a.nō
loquēdo de sbo ꝓpōnis:sed de sbo passionis:ip̄m dico
a.nō est idē eētialr ipsi ul'i:ꝛ ul'e dicit modū respectu
a.sub quo.s.mō ip̄m.a.itelligit:nec ul'e sic sumptuꝫ est
sbm ipsius.a.ꝛ ista statim declarabunt magis. ¶ Ar-
guit cōtra istā optimā ꝛ ualde sbtilē rñsionē:ꝛ formo
argumētū.nullū sbm alicuiꝰ passionis p̄dicat denoia-
tiue de ista passione qꝛ passio est accñs semp uel saltem
coiter dicit ꝛ ꝯtra nām sbi est denoiare suā ꝓpriā pas-
sionē tanq̄ꝫ accñs eiꝰ cū sit semp ecōuerso:denomina-
re enim ptinet ad illud qȯ est accñs alteriꝰ:nūc autem
passio puta in ꝓposito ip̄m.a.est accñs ipsiꝰ ul'is ꝛ nō
ecōuerso:ergo ul'e nō denoiat ip̄m.a.ꝛ per ꝯñs nec dicē
modū eiꝰ. Rñdet doctor q̄ ul'e pōt sumi duplr.s.ut qd
uel ut modus. Nō aūt cōcludit p̄mo mō:hec aūt rñsio
est ualde subtilis sed ita curta ꝛ breuis q̄ vix a paucis
pōt bñ itelligi:tñ in sequēti.q.s.vij.exponit qd vult di
cere qd ꝛ modus.ubi dicit q̄ quelibet istarū itētionuꝫ
s.gñis ꝛ spēi pōt sumi ut qd uel ut modus.qñ eniꝫ ul'e
est illud qȯ itelligit tūc est qd:qñ aūt est rō sub qua ali
ud itelligit tūc est modus hec ibi:hoc est dictu:q̄ quā
do est aliqd qȯ tenet rōnē obiecti respectu itellectꝰ:ꝛ i
telligit p̄m se aut per se aut ab itellectu:tūc tale dᷓ qd
ꝛ noiat termino cōpēdioso ꝛ ꝯueniēte:qꝛ tūc repñtat
se ut vnā qdditatē mouētē itellectū ut itellectꝰ intelli-
gat nām ꝛ eētiā eiꝰ ꝓpriā ꝛ nō eētiā alteriꝰ per eam
aut sub rōne uel mō eiꝰ:qñ aūt est aliqd qȯ nō tenet vi
cē ꝛ locū obiecti:sed aliqd aliud est obiectū qȯ itelligi
tur ꝛ illud nō itelligit sed modificat illud aliud siue est
modus aut rō sub quo aut sub qua illud aliud itelligit
tūc dicit modus ꝛ rectissime qꝛ nō repñtat se itellectui
tanq̄ꝫ obiectū mouēs ip̄m sed q̄si famulat alteri qddi-
tati tanq̄ꝫ largiēs sibi quodāmō indumētū ꝯueniens
sub quo cognosci pōt ab itellectu ꝛ sine quo cognosci
nō posset ita largit seip̄m alteri per modū uestimēti ne
cessarij illi alteri:ut possit itelligi cuiꝰ nāe sit aut ꝯditio
nis sicut facit uestiūtū regale ipsi regi per qȯ ꝛ sb quo
cognoscimus eū eē regē:ꝛ sine quo nō cognosceret:ita
q̄ rex est illud qȯ cognoscit ꝛ per ꝯñs est vnū qd ꝛ ue-
stimētū est illud per qȯ aut sub quo cognoscit ꝛ ita est.

maior huiꝰ argumēti est clara. sed in minori ⁊ in ꝯclo-ne vult ꝙ ex hoc aliq̄ nā dicaꝝ genꝰ q2 multe nāe ſbcō-tēte pn̄t ꝯcipi ab itellectu: eo ꝙ nō est aliqs actꝰ nāe re quiſitꝰ ad hoc ut illa dicaꝝ ſpēs niſi ꝙ actu cōcipiaꝝ ab itellectu per ſpēm eiꝰ intelligibilē: q2 ſm hoc ſibi attri-buiꝝ itētio ſpēi. iſtud dicebaꝝ ſup̄ q̄one. viij. in 3º mō ac cipiēdi ſignificatū termini cōis. ⁊ ita vult in tertio ar-gumēto ꝙ ad eē ſpēi nō op3 ꝙ nā aliq̄ exiſtat in rerum nā ad hoc ꝙ in ea fūdeꝝ itētio ſpēi. q2 alr̄ nā roſe nullū hn̄s idiuiduū exn̄s in rerū nā nō eēt ſpēs neq3 tonitru um neq3 eclipſis que nūc nō exiſtūt ⁊ hꝰ¹: ſed ſuffic̄ ꝙ talis nā poſſet actu ꝯcipi ab itellectu per ſpēm eiꝰ itelli gibilē. ſed iſtud pōt ſemp eē: ergo ſemp ſunt actu mul-te ſpēs ⁊ nō aliq̄n ſic ⁊ aliq̄n nō. Nota tn̄ ꝙ iſtō argu-mētū nō videꝝ totalr̄ uex: ideo ifra rn̄det ad illud ⁊ ēt ad ſequēs. maxime aūt nō eſt uerū in hoc qō dicit ꝙ il le eſt actus nāe iquātū dicīꝝ ſpēs q2 actus ꝯcipiꝝ ab in tellectu per formā itelligibilē q2 ex hoc ſequerenꝝ duo falſa. ꝑmū eſt ꝙ nunq̄3 aliq̄ nā eſſet ſpēs niſi actu cōci-pereꝝ: ⁊ tūc qn̄ oēs hoīes dormirēt nulla nā eſſet ſpēs nec hō nec leo: nec hꝰ¹. ⁊ ſic ſcia de ſpecie piret uel nul-la eēt ſcia de ea. q2 ſemp eēt cōtingēs q2 nūc eēt ⁊ nūc nō eēt. ¶ Scōm eſt ꝙ ſola actualis cōceptio alicuius nature faceret illā ſpe3 in actu qō nō eſt uex q2 tūc to-tiēs meta. nālis ac math. cārent itētiones ſcōas quo-tiēs cōſiderarēt aut actualr̄ itelligerēt qdditates nā-rū ſpecificarū ⁊ ſic ſemp adderēt ad logicā qn̄ ꝯſidera rēt ⁊ tollerēt ab ea qn̄ ceſſarēt a ꝯſideratione. iō ut ifra videbiꝝ plus reqrīꝝ ad hoc ꝙ aliq̄ nā ſit ſpēs: aut genꝰ: aut hꝰ¹: q̄3 ꝙ actualr̄ ꝯſidereꝝ ab itellectu. ¶ Tertium argumētū ꝑcedit de aptitudine q2 cu3 relatiua ſint ſil̄ nā ⁊ poſita ſe ponūt ⁊c̄. ideo q̄le eē ſuff. cit vni tali eſſe ſufficit alteri. ſed per te opinare rē aptitudinarie ſuffic̄ ad eē gn̄is: ergo ſil̄e eē ſufficit ad eē ſpēi: ergo non op3 ꝙ plures nāe ſint in actu qbꝰ applicēꝝ itētio ſpēi ſicut tu poſuiſti. 2ᵐ ſufficit ꝙ ſint apte nate eē in rex nā ⁊ in actu exn̄tie. Et ex pn̄ti ſequeꝝ ꝙ de neceſſitate ſūt mul te ſpēs actu q2 multe nāe ſunt ſemp actu apte nate eſſe in rerū nā q̄3uis nunq̄3 in caſu erūt ⁊ per te nō requiri tur aliud eē ad genus: ergo nec ad ſpēm ut ꝑbatu3 eſt. ¶ Deīde rn̄det doctor ad q̄ōnē ſm viā ⁊ rōnē ſcōi ar-gumēti ꝯtra opinionē. ⁊ rn̄ſio iā clara eſt per dicta in illo argumēto ⁊ ſic ēt rn̄det ad argumētū in oppoſitū. q2 tn̄ illa poſitio ſiue opinio videꝝ ſibi rōnalis: iō dicit ſic ſuſtinēdo ꝑmā poſitionē pōt dici ad ꝑmū argumen tū ꝯtra illā. iſtud argumētū icipit ſic. ꝯtra hūc modu3 dicēdi arguīꝝ q2 nō videꝝ eſſe ad ꝑpoſitū ⁊c̄. ubi rn̄det ſic ꝙ ſi huic nāe tm̄ applicaꝝ itētio ſpēi. ſ. b. puta natu ra hoīs uel hꝰ¹: ꝙ illi nāe que eſt in illa nā adhuc appli-caꝝ itētio gn̄is ſicut ꝑus. i. nāe. a. puta aīali: que nā aīa lis eſt in illa nā aīalis. ſ. b. puta hoīs adhuc applicaꝝ i-tentio gn̄is ſicut ꝑus. hoc eſt breuiter dictu in ſnīa ꝙ ponēdo ꝙ ſit tn̄ vna nā ſpecifica ſub nā gn̄is alicuius ut hō in caſu cui ut fundamēto pōt applicari itētio ſe-cūda ſpēi adhuc nāe fundamētali gn̄is ut aīali que nā aīalis eſt in illa nā hoīs pōt applicari itētio ſcōa gn̄is: eo ꝙ nā aīalis cū cōcipiꝝ ab itellectu hēt minꝰ de itelle ctu q̄3 illud qō eſt ſpēs puta hō: q2 aīal hēt minꝰ de itel lectu. i. de actu q̄3 hō: q2 ſicut res ſe hēt ad eē ſic ad co-gnoſci 2º metaᶜᵉ. Et iō aīal minꝰ hēt de eē q2 hēt eē po tētia ⁊ hō hēt eē actuale per dr̄iam ſupadditā iō minꝰ hēt de itellectu. i. minꝰ cognoſciꝝ ⁊ itelligiꝝ ⁊ deſcēdit in hoīem per dr̄iam ut p3 ⁊ ſic illa poſitio ⁊ rn̄ſio illius doctoris eſt bn̄ ⁊ ad ꝑpoſitū ⁊ nō ꝯtra: ut erat argutū q2 argumētū ꝑmū ⁊ oppoſitū ꝑtēdebat ꝙ illa poſitio nō erat ad ꝑpoſitū. ¶ Deīde doctor rn̄det ad ſuū ſecū dū argumētū factū ꝯtra poſitionē ⁊ bn̄ dicēs ꝙ nō ſuf ficit ad hoc ꝙ aliq̄ nā ſit ſpēs ſiue fundet itētionē ſpēi: ꝙ talis nā ſolū cōcipiaꝝ ab itellectu uel ēt ꝙ poſſit ꝯci pi. Sed ēt op3 ꝙ in itellectu eiꝰ aut cōceptu ſiue in eēn tia ſit genꝰ. ſ. fundamētale reſpectu cuiꝰ debet dici ſpēs qō nō eſt uerū de illis multis ⁊c̄. i. ſi nulla nā hēret ali-ud eē q̄3 eē itellectū actu aut cognitū ab itellectu: talis nā nō poſſet fundare intētiōe3 ſpēi: ſed ultra hoc opor tet ꝙ aliqō genꝰ. ſ. fūdamētale ſub quo d3 collocari ēt itelligaꝝ eē de itellectu aut eēntia talis nāe reſpectu cu ius illa d3 dici ſpēs: ⁊ illō nō eſt uerū de illis mltis ⁊c̄. q2 nō tali mō cōcipiunꝝ ut p3. ¶ Deinde imediate ad-iūgit doctor dicēs. Tn̄ ſi ſic genꝰ ſit aptū dici de illis: qō aliq̄n dicebaꝝ ⁊c̄. hoc eſt dictu ſi ſit aliq̄ nā apta fū-dare itētionē gn̄is que eſt apta dici de mltis naturis fū damētalibꝰ ſpecificis ⁊ tn̄ nō tm̄ apta ſed ēt aliq̄n in fa cto dicebaꝝ de illis puta qn̄ actualr̄ exiſtebāt: ⁊ ille na ture ſpecifice ꝯcipiunꝝ ab itellectu per eaſdē ſpēs itelli gibiles retētas in itellectu poſſibili uel memoria itel-lectiua: per q̄s ꝯcipiebanꝝ cū actualr̄ exiſtebāt: tūc ille multe nāe ſpecifice ſunt multe ſpēs in actu. i. actualr̄ fū dāt multas ſpēs ſiue multa idiuidua ſpēi ut eſt intētio ſcōa: ⁊ talis actꝰ reqrīꝝ ad ſpēm eo ꝙ tūc in itellectu ul̄ ꝯceptu taliū nārū cadit genꝰ. i. cōcipiunꝝ ut icludētes genus fundamētale tanq̄3 eiꝰ ꝑtes ſbiue ⁊ iferiora ⁊ h̄ ita bn̄ ſic ſicut ⁊ qn̄ actualr̄ exiſtebāt. Iſta tn̄ rn̄ſio in-cludit vnū dubiū qn̄. ſ. dicit ꝙ actꝰ reqrīꝝ ad ſpe3 actu videꝝ eni uelle ꝙ actualis cōſideratio reqrīꝝ ad eē ſpēi ſicut dicit in ſcōo argumēto ſupꝰ: qō dictū reprobaui ibi ⁊ parū hic ſupꝰ. dicit illa ꝯcipiunꝝ ab itellectu per eādē ſpēm etiā cū eēnt ⁊c̄. ubi ēt plane videꝝ ꝙ actua-lis ꝯceptio ⁊ ꝯſideratio reqrīꝝ ad eē ſpēi ut eſt ſcōa itē-tio: ſed ut dixi iſtud nō videꝝ uerū ⁊ vide ibi rōnes. S3 pōt dici ꝙ doctor per actualē cōſiderationē nō intelli-git aliquā ſpālē ⁊ diſtinctā ſeu ſingularē ꝯſiderationē q2 ſine tua ⁊ ſine mea ſunt oēs itētiones ſcōe in actu hi tuali ſiue ſciali: nec itelligit ſolū ꝑteritas ꝯſideratiōes actuales nec ſolū pn̄tes aut futuras. ſed itelligit ſolu3 actualē ꝯſiderationē in cōi que habuit hēt ⁊ hēbit mlta ſinglaria in actu ꝯſiſtētie. ſ. hūc actū ꝯſiderādi actu-aliter exn̄tē ⁊ illū ⁊c̄. in ſuis piodis aut mēſuris dura-tionis. ſ. ta3 in ꝑterito tpe q̄3 pn̄ti ⁊ futuro ⁊ per illum actū uel actualē cōſiderationē in cōi mediātibꝰ ſuis ſin gularibꝰ cauſaꝝ ſpēs in cōi itētionalis in ſuis ſingulari bus. ſ. in hac ſpecie ſingulari applicata actualiter ho-mini: ⁊ in hac ſpecie ſingulari applicata actualiter leo ni ⁊ ſic de alijs: quia nō pono ſpecie3 intētionalem in cōmuni cauſari in ſe ab intellectu ſicut nec ſpeciē fun-damētalē: cui illa applicaꝝ cauſari in ſe ⁊ in ſua coita-te a nā uel deo ſed tm̄ in ſuis ſingularibꝰ eo ꝙ ſiue ſpēs formalis ſiue fundamētalis eſt qdditas: ⁊ oīs qdditas abſtrahit in ſe a talibꝰ: q2 oēs actꝰ ⁊ gn̄ationes ſūt cir-ca ſingularia pº metaᶜᵉ. ⁊ ēt ſingulariū ſicut efficiētiu3 uel ꝑducētiū. ⁊ ſil̄r dico de oī ſcōa itētione cōi ⁊ bre-uiter de oī qdditate cō. Et hac de cā tenui ſupius in q̄ dā q̄ōne ꝙ ſcōe itētiōes ſūt per ſe itelligibiles: ⁊ ꝙ de eis eſt uera ⁊ nec̄ia ſcia: cū nō ſint cōtingētes: ſed ēt de hoc alr̄s. Scio enim ꝙ iſta ſolō mea ul̄ ſaluatio mea do ctoris nō capieꝝ ab oībꝰ ſed ſolū ab oībus metaphi. ⁊ maxime a Bonetiſtis ⁊ a Maroniſtis: ⁊ Scotiſtis: tn̄ ṽitas ⁊ utilitas nō eſt dimittēda qn̄ op3 ⁊ maxime ꝑ reuerētia doctoris: qui ſolū ab ignorātibꝰ patiꝝ calum nias. ¶ Rn̄ſio ad 3ᵐ argᵐ eſt q̄ſi clara: q2 non oportet ꝙ l3 ſit aptitudo in gn̄e ad coicādū ſe multis ſpēbꝰ ꝙ ꝑpter hoc ſit aptitudo in illis ad recipiēdū hꝰ¹ coicati onē ſicut exēplificat de ſole uel forma ſolis: ſicut etia3 patet de vno bono magr̄o qui q̄3tū eſt de ſe eſt aptꝰ do cere vnū groſſum diſcipulū ſubtilitates Scoti: tn̄ nō eſt aptitudo in tali diſcipulo ut doceaꝝ illas: q2 actus actiuox ſunt in patiēte bn̄ diſpoſito 2º de aīa. ⁊ oē rece ptū eſt in recipiēte per modū recipiētis. 3º de anīa. Et Boetiꝰ 5º de ꝯſolatione. Ita eſt de deo ⁊ ſpu abſtracto

q̄ ad gl'iam dādam ƀm illud Augustini. Facili⁹ est deo creare nouū celū ⁊ nouā terrā q̄ȝ iustificare impium.s. abstractū: qꝛ iuenit in illo obiectionē in celo aut in terra ⁊ ita de infinitis exēplis. vñ addit ibidē doctor sic qꝛ si talis argumētatio teneret in aptitudine semp eēt aptitudo in utroqȝ extremoꝝ ⁊ ita eēt ēt ipotētia qꝛ ⁊c̄. Istud dictū patet sic: qꝛ si tā in magr̄o q̄ȝ in discipulo rudi eēt aptitudo tūc eēt ibi potētia cuȝ aptitudine: qꝛ de facto si uterqȝ eoꝝ est apt⁹: hic.s.ad docēdū ⁊ ille ad adiscēdū: tūc ille discipulus pōt doceri ⁊ per ꝯñs est in potētia reducibili ad actū: ⁊ dat doctor imediate vnā optimā regulā ⁊ ad multa ualētē: qñ dic̄ qꝛ aptitudo in vno extremo nō ipedit a potētia nisi pp defectū aptitudinis in alio extremo. Nā q̄ȯ magr̄ bonus nō pōt in actu docē talē discipulū: ⁊ ꝙ ideo nō hēt potētiam ad instruēdū ipm est pp defectū aptitudinis in tali discipulo: ⁊ ita de infinitis exemplis dicatur.

c Irca qōnē.16.qua querit de tertia particula diffinitionis gn̄is ⁊c̄. cuius ꝯtiuatio ad aliā patet qꝛ noto aut cognito in p̄cedēti: utrū reqrat multas spēs. Nūc querit an p̄dicet de eis in qd. hec.q. q̄si nō idiget expōne ꝑpter eius facilitatē: qꝛ doctor aliqñ inclinat se ⁊ ꝑmittit se a simplicib⁹ tāgi: ⁊ etiā q̄ñ oia sunt declarata in qōnibus p̄cedētibus. ¶ Sed pro rn̄sione ad p̄mū argumētuȝ p̄ncipale qñ dicit ꝙ duplr̄ est qō de specie ut est intētio secūda: vȝ qd p̄dicat de specie: ⁊ qd est spēs. Nā qñ quero qd p̄dicat de specie cū li p̄dicari ꝑtineat ꝑprie ad itētiones scd̄as. recte rn̄det per genus dicēdo genus p̄dicat de specie ⁊ illud est clarū. Sed qñ dicit si fiat qō cū eē: ⁊ rn̄deat ꝙ illa est ꝑpria fundamētis. itellige ꝙ tūc nō loqtur de spē ut est intētio scd̄a: lȝ dixerit ꝙ duplex est qō de spē sumpta pro intētione: qꝛ nō querim⁹ per eē de scd̄is itētionibus sed per p̄dicari ⁊ subijci: ⁊ per diuidere ⁊ cōstituere ⁊ h⁹: per huiusmodi eniȝ p̄dicata itētionalia querimus de eis ꝑprie loquendo siue querimus de eis p̄dicata itētionalia ⁊ nō realia quod idē est dictu. Sed itendit dicē ꝙ de ꝑlata hac uoce species que quātū ad ƀm ⁊ ad scripturā appet semp intētio scd̄a: ⁊ ideo nō sic nūc sic fit qō de ea taliter dico sumēdo spēm fit duplex qō de ea: vna.s. ut sumit formaliter ⁊ pro itētione scd̄a que fit per p̄dicari. alia ut sumit fundamētalr̄ ⁊ pro re que fit per eē. Tñ scias ꝙ etiā sumēdo spēm pro itentione scd̄a pōt fieri qō de ea qd est: ⁊ etiā tertia quō pōt fieri de ea.s. an sit. Nā posset queri qd est spēs ut est itentio scd̄a: qꝛ hēt qdditatem ⁊ est vnū genus iferius h̄ns suū genus.s. ul'e: ⁊ ideo rn̄debitur ꝙ est ul'e uel scd̄a itentio. Termini autē doctoris qñ loqtur de qōne qd est: ⁊ dicit ꝙ ista qō est ꝑpria fūdamētis sumunt multū large: qꝛ.s. solū pro eē in re ad extra: ⁊ nō depēdēs ab itellectu. Et certū est ꝙ per tale eē nō possumus rn̄dere ad aliquā qōnem querente de eē scd̄arū intētionū cū nullū tale eē hēant. Nā omne eē earū est debile ⁊ tale q̄le pōt ꝯferre ⁊ ꝑducē itellectus nr̄ uel diuinus: uel angelic⁹: aut beatoꝝ. Nullus enim itellect⁹ ꝑducit aliqd extra se in aliquo alio subiectiue aut iformatiue.s. sicut accn̄s in s̄bo uel formaȝ in mā: aut receptio ꝙ sit ens reale. Sed istud in quātū spectat ad itellectū diuinū aut angelicū uel beatoꝝ est theologicū: ⁊ ideo pro nūc dimittat: de nr̄o aūt itellectu certi sumus ƀm phm̄ ⁊ ṽitatē: ⁊ ideo cū itellect⁹ sit solus effectiuus scd̄arū itētionū ut sepe supius dictuȝ est. Nullū tale eē: pōt eis cōferre nec eas in aliquo tali eē ꝑducē. Cōstat ꝙ nō possum⁹ rn̄dē de eis p aliqȯ tale eē ⁊ per ꝯñs nec querē: sed si simp^r dicat ꝙ nō possum⁹ querē aliqȯ eē de eis: hoc oino negādū est. Nā aliqȯ eē debet eis sicut ⁊ ipse sunt aliq̄ entia: nō enim sūt figmēta aut entia ꝑhibita ut visum est.q.4. ⁊ per ꝯñs possumus querere an habeāt eē uel an sint: ⁊ rn̄det ꝙ sic qꝛ h̄nt eē rōnis: ⁊ sunt entia rōnis. Sed doctor itellexit ꝙ nō possit querē de eis esse simplr̄ uel eē sine aditione diminuēte: sicut possumus de fundamētis earū: nec rn̄det per sil'e eē: sed solū per eē rōnis ⁊ diminutuȝ q̄le eē solumȯ h̄nt: ⁊ hoc uerū est: tñ ut dixi triplex qō pōt fieri de spē ut est pure itētio scd̄a.s. qd p̄dicat de ea ⁊ qd est illa: ⁊ an sit. Et triplex rn̄sio ꝯsil'is pōt reddi ut iam declaraui. ¶ Ad scd̄m argumētū dat vna respōsio cuiusdā que oino nō ualet qꝛ ponit diām hēre duplicem ƀitudinē vnā ad spēm respectu cuius est diā: ⁊ de illa nō p̄dicat diā in qd sed in q̄le. Aliā ad inferiores dias respectu q̄rū est genus: qꝛ ƀm eum dia supior est genus respectu diarū iferioꝝ: uel die supiores ut cōparant differētijs inferiorib⁹ ut corporeū respectu animati: ⁊ aiatū respectu sensibilis ⁊c̄. Sed doctor bn̄ reprobat: ⁊ in p̄mo argumēto vult ꝙ in oi gn̄e eēnt tria gn̄alissima.s. vnū gn̄alissimū eēt spērū.s. eoꝝ que in recta linea ꝑtinent: ⁊ alia duo eēnt diarū oppositarum cōdiuidētiū vnū incipet a corpeo in p̄dicamēto sub̄e: ⁊ aliud ab incorpeo. ¶ Argumētū scd̄m est clarū. Idō dicēdū est aliter ad scd̄m p̄ncipale: vȝ ꝙ minor est falsa nec Arx. vult ꝙ dia supior p̄dicet in qd de iferiori differētia sicut pōt videri declaratū a doctore.7.meta^ce. q.viij. ⁊ ab Antonio Andree ibidē.q.xv. Et istud tetigi supi⁹.q.ix. in fine. vñ breuiter tota coordinatio diarū reducit ad coordinationē spērū: ⁊ ideo inter se non h̄nt p̄mū modū dicēdi per se: nec scd̄m: ⁊ ideo nō p̄nt p̄dicari in qd de aliquo. Quia tñ secunda rn̄sio data in corpore qōnis ad scd̄m argumētū ibi factū cōtra solutionē qōnis pōt nō itelligi a multis: que rn̄sio icipit: uel aliter pōt cōcedi ꝙ p̄dicari in qd est p̄dicari eēntiā per modū essentie ⁊c̄. lȝ supius in fine qōnis.12. exposuerim⁹ cōsil'em passuȝ. Idō ꝯsidera ꝙ qñ illud argumētū uellet ꝑbare ꝙ li p̄dicari in qd nō pōt poni in diffinitione gn̄is: qꝛ tūc hec itētio scd̄a genus nō posset cōuenire vniuoce reb⁹ oium generū: eo ꝙ illa ꝑticula nō sic ꝯuenit: ⁊ illa nec ꝯuenit qꝛ nec eēntia eius est: puta aial uel corpus uel color aut h⁹: cui cōuenit eē genus ergo ⁊c̄. Rn̄det doctor ꝙ p̄dicari in qd qȯ est p̄dicari eēntiā per modū essentie est vniuocū oibus gn̄ibus cuiuscūqȝ p̄dicamēti: licet essentia cui cōuenit nō sit vniuoca illis: qꝛ sufficit eēntiā sil'r se hēre hic ⁊ ibi ad p̄dicari vniuoce: qꝛ p̄dicari dicit habitudinē. hec est rn̄sio doctoris que ut dixi est declarata.q.12. ubi dictū est ꝙ maior vnitas pōt sumi occasionalr̄ a minori: puta vnitas vniuocationis ab vnitate ꝑportionis nō tñ totaliter. Et in p̄mo libro di.8.q.ij. dicit ꝙ vnitas attributionis pōt stare cū vnitate vniuocationis lȝ nō ponat uel causet illā: ⁊ hec nō sit formaliter illa. ⁊ ponit ibi exēplum ad ꝑpositū meum. Nam spēs eiusdē generis habēt eēntialem attributionē ad p̄mum eiusdē generis ex.10.meta^ce. ⁊ tamē cum hoc stat vnitas vniuocationis vnitas rōnis in ipsis speciebus. ita in hoc ꝑposito dicamus: ꝙ lȝ eēntia cui ꝯuenit predicari in quid non sit vniuoca rebus uel generibus fundamētalibus oium p̄dicamētoꝝ: qꝛ nulla vna eēntia est adequatuȝ fundamentū huius qȯ est p̄dicari in quid: nec est itentio generis: qꝛ utrunqȝ fundat in essentijs quorūcūqȝ p̄dicamētorū: ⁊ hoc mediantib⁹ eoꝝ singularibus ut dixi de specie in.q.15. ꝙ non cātur in se: sed in suis singularibus. Sic dico de istis ꝙ in seipsis in sua coitate sumptis non fundant in rebus diuersorū generuȝ: sed mediātibus eoꝝ singularib⁹: puta hoc genere ⁊ illo: ⁊ hoc p̄dicari in qd ⁊ illo ⁊ sic de alijs: quoꝝ vnū fundatur in corpe aliud in aiali aliud in colore ⁊c̄. Et ita dico ꝙ lȝ nulla vna eēntia sit fundamētū illoꝝ.s. de li genus ⁊ de li p̄dicari in qd: tñ qꝛ oia fundamēta eoꝝ h̄nt vnitatē ꝑportionis: que cōsistit in sil'r se habere: qꝛ sicut aial se habet ad suas spēs: sic color ad suas: ⁊ sic de

aliȷ̃s. Ideo sup talē vnitatē minorē pōt bene fundari
maior ut vnitas vniuocationis sup vnitate ꝓportiōis
ꝛ per ꝯñs p̄dicari in qd erit vniuocū: lꝫ eēntia uel eēn
tie sup quā uel sup q̄s fundaꝶ nō habeat aut habeāt ni
ſi vnitatē attributionis. ꝛ finalr̄ dicit doctor in rñsio-
ne q̄ſi reddēs cām p̄dictoꝝ sic: qꝛ p̄dicari dicit hitudi
nē. hoc itelligiꝶ sic. p̄dicatū enim qđ p̄dicaꝶ de ſbo di
cit hitudinem ad ipm: ꝛ lꝫ illa hitudo ſit multiplicis
nāe ꝛ ꝯditionis ꝭm diūſitatē ꝛ nām p̄dicatoꝝ q̄a aut
eēntialiū aut accn̄taliū: ꝛ ex utraqꝫ p̄te in diūſo ordie
tñ ad pñs illa hitudo eſt ſupioris ad iferiꝰ ꝛ nō cuiuſ-
cūqꝫ: ſed gn̄is ad ſpēs. Nūc aūt illa hitudo eſt eiuſdeꝫ
ſpēi ꝛ nāe iter q̄cūqꝫ gn̄a ꝛ ſuas ſpēs ꝛ ſolū nūalr̄ di-
ſtinguiꝶ cū per oīa ſilr̄ mō aīal reſpiciat hoīem ꝛ aſinū
ſicut color albedinē ꝛ nigredinē ꝛ ſic de aliȷ̃s. ꝛ iō cuꝫ
p̄dicari vniuoce dicat hitudinē ſpālē p̄dicari ad ſbm:
puta vnitatē uocis: ꝛ vnitatē ſbe aut rōnis ipſiꝰ p̄dica
ti deberet ꝯuenire ſbo: uel ſaltē p̄dicatio vniuoca fun
daꝶ ſup talē hitudinē aut p̄regrit eaꝫ: ꝛ illa hitudo eſt
vniꝰ rōnis in quolibet gn̄e cuiuſcūqꝫ p̄dicamēti reſpe
ctu ſue ſpēi: iter que gn̄a ut diximꝰ eſt ſolū vnitas pro
portionis que ſtat ſolū in ꝯſilr̄ mō ſe hn̄di vniꝰ ad aliđ
ſiue in ꝯſilr̄ ſe habē. Ideo merito dicit doctor hic ꝙ p̄
dicari in qd erit vniuocū ꝛ vniuoce ſe hn̄s in oī genē:
lꝫ eēntia uel eēntie ſup quā uel ſup q̄s mediate ꝛ remo
te fundaꝶ nō ſit vniuoce. Exēplū do de vnitate ꝓpor-
tionis ſup quā fundaꝶ vnitas vniuocatiōis. Nā ſilēꝫ
ꝓportionē hēt nauta ad nauē: ſicut magr̄ ad ſcolas. iā
ambo ꝯcipiunꝶ ſub vno cōceptu indifferēte ꝭm ꝙ cō-
ueniūt in illa ꝓportione. ꝛ ex hoc imponiꝶ eis ꝛ oībꝰ
aliȷ̃s in qbꝰ illa ꝓportio iueniꝶ vnū nomē cōe. ſ. rectio
uel gubernatio: ꝛ etiā rō uel diffinitio exponēs illud
nomē: eſt eadē in oībꝰ illis cū ipſa ſit ſolū expſſiua ha-
bitudinis vniꝰ ad alterū que qdē hitudo eſt eadeꝫ ſpe
in oībꝰ ꝓportionibꝰ ꝛ eiuſdē rōnis: ꝛ ſic illud nomen
ſ. rectio uel gubernatio eſt vniuocū ad illa de qbꝰ p̄di-
caꝶ: lꝫ ut ſupius dixi qōne. xj. nō p̄diceꝶ vniuoce. ꝛ iō
lꝫ res ꝓportionales ſint ualde diūſe in eēntiȷ̃s ꝛ in ual
de diſtinctis p̄dicamētis: tñ ille ꝭm ꝓportioneꝫ illam
vnā ad res ualde ſilr̄ diūſas hn̄t ꝯſilēm hitudinē ꝛ rō-
nem: vñ lꝫ nūs: magnitudo: ꝛ tēpus ualde differant ꝛ
diſtinguanꝶ in eēntiȷ̃s: tñ pp̄ ſilēm ꝓportionē q̄ternā-
riȷ̃ ad binariū ꝛ alicuiꝰ linee ad aliā: puta q̄dripedalis
ad bipedalē ꝛ hꝰi. ꝛ ſilr̄ tp̄is duplicis ad ſbduplex: aut
q̄tuor horarū ad duas ꝛ hꝰi: ꝯueniūt i oībꝰ hiȷ̃s relati
ones eiuſdē rōnis. ſ. relationes dupli ad dimidiū: ꝛ di
midiȷ̃ ad duplū. ꝛ ſic in arbore q̄tuor pedū ad arboreꝫ
2. pedū: ꝛ in. 20. annis ad. 10. annos. ꝛ ſic de infinitis.
Et breuiter videꝶ mihi ꝙ oēs habitudines ſcđe ſumū
tur ab hꝰi vnitate ꝓportionis: ꝛ hoc qñ ꝓportionalia
ex utraqꝫ p̄te repiunꝶ in diuerſis gn̄ibꝰ ut exēplificatū
eſt de gn̄e quo ad aīal: colorē: figuram ꝛ hꝰi. Et ſic de
ſp̄e reſpectu hoīs: albedinis: roſe: ꝛ hꝰi: ꝛ de dr̄ia reſpe
ctu rōnalis ꝛ diſgregatiui viſus ꝛ hꝰi. ꝛ ſic de īfinitis
eēt dicēdū. ꝛ oē p̄dicatū mūdi habet ſilēm habitudinē
gn̄alē ꝛ ꝓportionē ad ſbm: ꝛ ecōtra ſbm ad p̄dicatū.
Nā in iſtis ꝓpōnibꝰ bos eſt aīal: ſor. eſt hō: lapis eſt al
bus: lignū eſt durū ꝛ hꝰi: ſup aīal hoīem aſinū ꝛ duruꝫ
fundaꝶ hec ſcđa intētio que diciꝶ p̄dicatū: ꝛ ſup bouē
ſortē: lapidē ꝛ lignū fundaꝶ hec ſcđa intētio: que diciꝶ
ꝓportio uel ōro aut enūciatio: ꝛ ſup oēm debitā habi
tudinem p̄miſſam ad ꝯclōnes ſiue fuerint in p̄hia ſiue
geometria aut theologia: aut ubicūqꝫ fundaꝶ hec intē
tio ſcđa que diciꝶ ſillꝰs: ꝛ hoc ꝭm idē nomē ꝛ eādem
noīs rōnē: ꝛ ſic de multis aliȷ̃s rōnibꝰ ſiue intētionibꝰ
ſcđis itelligas: qꝛ he ꝓportiones iueniunꝶ quodāmō
in p̄dicari rōnibus ꝛ negationibꝰ: ideo etiā illis attri
buunꝶ noīa ꝛ rōnes gn̄is ꝛ ſpeciei: p̄dicari ꝛ ſubiȷ̃ci: ꝛ
in eis ſiūt ꝓpōnes ōrones ſilr̄ ꝛ determinationes. ꝛ

hec de hac mā ſufficiāt: in qua ꝓpter grādem difficul-
tatem ꝛ utilitatem ita ꝓlixe me dilataui.

c Circa qōnē. 17. qua queriꝶ. Utrū genus
ſit p̄ncipiū ſpēi. p̄mo patet ꝯtinua
tio. qꝛ ex quo ꝓbatū eſt qōne p̄cedēti ꝙ genus
p̄dicaꝶ in qd de ſp̄e: ſeq̄tur vidē an ſit eius p̄ncipiū qđ
p̄tinet ad p̄dicari uel p̄dicatū in qd: hec aūt eſt qō fa-
cillima: maxime qꝛ iā ſingula ꝯtēta in ea ſupiꝰ ſunt de
clarata: ꝛ ſpecialr̄ in qōne. 13. Ideo tm̄ vnū dictū in ea
uolumus notare: vꝫ infra qñ diſtinguit de duplici p̄n-
cipio eēntiali ipſius ſpēi. ſ. vno mō ꝭm rem qđ p̄tinet
ad p̄hm nālē. Et alio mō ꝭm rōnē qđ p̄tinet ad logicū
per accn̄s ꝛ ad meta. per ſe: qꝛ aīal ꝛ rōnale que ſunt p̄
tes rōnis. i. diffinitionis in qbus fundanꝶ he itētiones
ſ. genus ꝛ dr̄ia eo ꝙ ſunt q̄dditates p̄ter itellectū perti
nēt per ſe ad metaphiſicū. Ad logicū aūt nō niſi per ac
cidēs. ſ. eo ꝙ nō ꝯſiderat de eis niſi iquātū repit in eis
ſicut in aliȷ̃s multis rōnes ꝛ ꝓprietates ꝭm q̄s uel rō-
ne q̄rū pōt fundare in eis intētiones illas. ꝛ ideo non
ꝯſiderat de eis ꝭm aliquā ꝓpriā rōnē ꝛ ſpālē ſed cōem
eis ꝛ aliȷ̃s quo ꝯſiſtit in vnitate ꝛ ſilitudine ꝓportio-
nis ut iam dictū eſt qōne p̄cedēte. ipſas aūt itētiones
ſcđas ꝯſiderat per ſe: metaphiſicus aūt ſolū forſan per
accn̄s. de quo alr̄s: dico ꝙ in illo loco qōnis huius ubi
tractat de hoc duplici p̄ncipio ſpeciei: doctor dicit ſic
Nūc aūt genus puta aīal nō eſt p̄ncipiū ſpēi: puta ho-
minis. p̄mo mō. ſ. ꝭm rem: qꝛ ſi ſic tūc nō uere p̄dicare
tur de ea. hec doctor. Ubi nota ꝙ ſicut ſupius. q. 13. in
q̄dā rñſione dictū eſt ꝙ hec eſt falſa aīal eſt rōnale ꝓut
rōnale eſt dr̄ia hoīs: ꝛ ibi reddidi cāꝫ uel cās q̄re. Qua
rum vna fuit ꝙ qñ p̄s habet modū totius nō uere p̄di
caꝶ de p̄te. Ita hic dicit ꝙ pars cuiuſmodi eſt p̄s ꝭꝫ rē
nō uere p̄dicaꝶ de toto: ſic nec corpus qđ eſt p̄s mālis
ꝛ realis ipſius hoīs: ꝛ p̄s ꝭm ꝯceptū p̄hi nālis cōtra di
ſtincta ꝯtra p̄tē formalē. ſ. aīa p̄dicaꝶ de toto hoīe lꝫ bñ
corpus qđ eſt genus itelligiꝶ mediū: ꝛ p̄s rōnis ipſius
hoīs p̄diceꝶ de hoīe: qꝛ hēt modū totius: nō ſic aūt cor
pus ſumptū mō p̄cedēte: qꝛ ſic ſolū hēt modū p̄tis cui
ſemp̄ repugnat p̄dicari de toto cuius eſt p̄s: ꝛ ita patet
ꝙ genus ſumiꝶ equoce ꝛ etiā ſba ꝛ huiuſmodi multa.

f Finito Caplo de gn̄e queriꝶ p̄mo circa
caplm de ſpecie. Utrū hec diffi-
nitio ſpēi ſit ꝯueniēs. vꝫ ſpēs eſt que p̄dicaꝶ de
pluribꝰ differētibus nūo. Hec qō facilis eſt uſqꝫ ad rñ-
ſionē ad q̄rtū argumētū p̄ncipale ꝛ ad eius obiectionē
Nam ad q̄rtū argumētū dabaꝶ rñſio: ꝛ ꝯtra illā argue
baꝶ: qđ ex ea ſequebaꝶ ꝙ idē diceret bis relatiue qđ eſt
ꝯtra Ar. 5. metace. Ad hoc doctor bis rñdet. Et pri-
mo ꝙ Ar. intelligit illud dictum nō de oī accn̄te nec
de omni relatiuo ſed tm̄ de aliquo accn̄te. puta de actu
itelligēdi qui nō pōt referri ad duo uel ad ſbm. ſ. intel
lectū ꝛ ad terminū. ſ. obm. Nā ad obm terminaꝶ actꝰ
itelligēdi ſicut ꝛ oīs actꝰ cuiuſcūqꝫ potētie cognitiue
aut app̄hēſiue. Et hoc ꝓbat per lr̄am Ar. in eodeꝫ lo
co que eſt talis. nō eſt aūt itellectꝰ. i. actus itelligēdi ad
intelligētē. i. nō referꝶ ad itellectū ꝛ itelligibile. i. obie
ctū. hoc aūt dictū exponit doctor in quotlibetis in. q.
13. articulo 2o in fine. vide ibi. ꝛ breuiter idē actus itel-
ligēdi cū ſit mēſurabilis in ſua entitate ab aliquo, non
pōt referri ad duas mēſuras cōpletas ꝛ per ꝯñs nō po
teſt illo mō referri ad obiectū ꝛ ſbm que coiter ſūt duo
diſp̄ata: pōt tñ referri ad itelligētē. i. intellectum ut ad
cām efficiētē ꝛ ut eius depēdētiā actualē terminātē: ꝛ
ad obiectū ut ad mēſurā: ut ēt exponit hoc dictū Boe
tius in p̄dicamētis caplo de relatione bñ ultra mediū.
Aliā ꝛ ſcđam rñſionē dat doctor hic ꝙ idē non referꝶ
p̄mo. i. adeq̄te: ꝛ eodē mō ad diūſa: pōt tñ per ſe ꝛ non
p̄mo: maxime ſi ſit tale ꝙ reſpiciat aliq̄ duo ꝭm rōnes
diuerſas: puta vnū imediate ꝛ in ſpāli: ꝛ aliud media-

te ⁊ in gn̄ali.ſ.ꝫm rōnē ſuꝑioris ſui: puta gn̄is. Et iſtoꝝ relatiuoꝝ ꝑmū eſt relatiuū per ſe ⁊ ꝑmo. ſcd̄m aūt per ſe ⁊ nō ꝑmo: ⁊ dicit̄ relatiuū ꝫm genus ⁊ eſt relatiuuʒ per ſe: qꝛ icludit in ſua eēntia illud per qd̄ refert̄.ſ. genus ſuū qꝛ refert̄ per ſuū genus inquātū dicit̄ relatiuū ꝫm genus: ⁊ per ꝯn̄s relatiuū ꝫm genus eſt per ſe ⁊ qd ditatiue relatiuū ⁊ nō abſolutū: qꝛ ut dicit hic doctor īpoſſibile eſt aliqd̄ abſolutū icludē eēntial'r ⁊ qdditatiue in ſua eēntia aliqd̄ relatiuuʒ: qꝛ tūc hēret in ſe duas rōnes oppoſitas ⁊ repugnātes.ſ. dici ad ſe ⁊ non dici ad ſe: ⁊ tūc doctor exēplificat de hoc tā in logicalibus qʒ in arithmeticis. in logicalibꝰ dat exēplū de ſpē. Nā ſpēs dicit̄ ad duo. nā per ſe ⁊ ꝑmo dr̄ ad genus: ⁊ h̄ ꝫm rōnē ſuā ꝓpriā eo ꝙ diffinit̄ per genus in illa diffinitione.ſ. ſpēs eſt que ponit̄ ſub aſſignato gn̄e: lʒ genꝰ non ſit de eēntia ſpēi: qꝛ eſt ſpēs u'lis diſperata ab ea: ſed ponit̄ ibi ut per ſe ꝓprie ⁊ ꝑmo correlatiuū eius. per ſe autē nō ꝑmo dicit̄ ad correlatiuū ſui gn̄is.ſ. ad ſingulare. Nā inquātū ſpēs icludit qdditatiue ip̄m u'le in cōi qd̄ ꝓprie uocat̄ genus eiꝰ: qꝛ genꝰ qd̄ eſt ꝑmū u'le non eſt genus eius ſed correlatiuū eiꝰ. ſic dicit̄ ad illud u'l ad illa: ad qd̄ uel ad que ip̄m u'le refert̄.ſ. ad ſingularia. Secūdo dat doctor exēpluʒ in arithmeticis.ſ. in nūis qn̄ dicit v̄bi gr̄a. Duplū ⁊c̄. ubi nota ꝫm Boetium in ſua arithmetica libro ꝑᵒ. ꝙ ꝑma ſpēs maioris ineq̄litatis dr̄ multiplex ⁊ eſt vnū genꝰ ad oīa multiplicia: ſicut ſecūda ſpēs dicit̄ ſuꝑparticularis. ⁊ tertia dicit̄ ſuꝑpartiens. ⁊ q̄rta dicit̄ m'tiplex ſuꝑparticl'aris. ⁊ qnta dr̄ m'tiplex ſuꝑpartiēs: ⁊ oīa gn̄a oppoſita iſtis dant̄ cū hac ꝑpoſitione ſub aūpoſita ut dicēdo ſubmultiplex ſubꝑticularis ſubſuꝑpartiēs ⁊c̄. M'tiplex aūt ꝓportio eſt qn̄ maior nūs ꝯtinet minorē aliquotiēs eq̄liter: ⁊ nec magis nec minus ut q̄tuor cōtinet bis duo. ⁊ octo bis q̄tuor. ⁊. 16. ꝯtinet duo octies ⁊ q̄tuor q̄ter ⁊ octo bis ⁊ ſic de alijs. Submultiplex aūt ꝓportio eſt illa quam hēt minor nūs ad maiorē ꝯtinētē ip̄m: ut duo ad q̄tuor: ⁊ q̄tuor ad. 8. ⁊c̄. Et iō ꝑter noīa gn̄alia habet vnaqueqʒ ſpēs ſuū nomē ꝓpriū: ⁊ hoc ſub utroqʒ gn̄e.ſ. tā multiplici qʒ ſubmultiplici. Nā duo ad vnū dicit̄ duplū ſic q̄tuor ad duo ⁊ ſex ad tres ⁊c̄. ⁊ oīa dupla ſunt eiuſdē ſpēi inquātū ſunt dupla. i. oēs ꝓportiones duple que fundant̄ in eis ſunt eiuſdē rōnis ⁊ ſpēi: qꝛ oēs ꝓportiones que denoiant̄ eodē noie ſunt eiuſdeʒ ſpēi ꝫm Euclidē in. v. geometrie uel elemētoꝝ. ⁊ Boetiuʒ in ꝑmo arithmetice: lʒ nūi ſuꝑ quos fundant̄ non ſint eiuſdē ſpēi: ⁊ hoc eſt qd̄ dixi in ꝑcedēti q̄one ꝙ maior vnitas pōt fundari ſuꝑ minorē ⁊c̄. imo oēs ꝓportiones mūdi ſi ſint eiuſdē denoiationis: lʒ fundent̄ in rebus ſūme diuſis ſunt eiuſdē ſpēi ⁊ rōnis. ⁊ etiā ſuꝑius diximus ꝙ oīs dictio que eſt ꝑciſe per m̄am eſt ſolum m̄alis ⁊ nō ſpecifica aut formalis. Ecōtra aūt vnuʒ ad duo ⁊ duo ad q̄tuor dicit̄ ſubdupla uel h̄re ꝓportionē ſubduplam: ⁊ ſic octo ad duo dicit̄ q̄drupla: ſic duo ad octo dicit̄ ſubq̄drupla ⁊ ſic de alijs. Nūc ad ꝓpoſituʒ dico ꝙ cū duplū referat̄ ad dimidiū tanqʒ ad ꝓpriū ⁊ ſp̄ale correlatiuū: ideo dicit̄ ad ip̄m per ſe ⁊ ꝑmo ꝫm rōnem ſuā ꝓpriā inquātū ip̄m duplū ꝯtinet qdditatiue ⁊ in ꝑmo mō ip̄m multiplex qd̄ eſt genus ipſius ⁊ omniū multipliciū: ideo rōne ipſius multiplicis dicit̄ ad correlatiuū multiplicis.ſ. ad ſubmultiplex: ⁊ rōne ſua ꝓpria ad vnā ſpēm ſubmultiplicis.ſ. ad dimidiū. Doctor tn̄ dicit ꝙ nō eſt oīno ſil'e in exēplis iſtis ⁊ genē ⁊ ſpecie ⁊c̄. ⁊ cā eſt qꝛ ibi.ſ. in nūis correlatiuuʒ generis ſ. ſubmultiplex qd̄ eſt correlatiuū multiplicis cōtinet correlatiuū ſpēi. i. ꝯtinet dimidiū qd̄ eſt correlatiuum dupli: ⁊ hoc ſicut genus ꝯtinet virtual'r ⁊ potētialiter ſuā ſpēm hic nō. i. in hoc ꝓpoſito ſingulare qd̄ eſt correlatiuū u'lis in cōi nō ꝯtinet genus qd̄ eſt correlatiuū ſpēi ⁊ hoc eſt manifeſtū qꝛ genus nō ꝯtinet̄ a ſingulari

loquēdo de ſcd̄is intētionibꝰ ꝓut nūc loqmur ⁊ dicimus aliq̄ eſſe cōtinētia: ſed ſunt itētiones ſcd̄e diſperate uel aliquo mō oppoſite: ſecꝰ aūt eſt de fundamētis: ſed nūc nihil de illis. Tn̄ ut ad hoc ꝓpoſitū cognoſcas melius quomō aliqd refert̄ ꝫm ſe ad aliquid ⁊ quomō nō ⁊c̄. vide Franciſcuʒ de maronis in ꝯflatu. di. 23. in fine: optime: ⁊ doctorem in ꝑdicamentis capitulo de relatione. q. xj. qꝛ hic nolo recitare.

C Irca Q̄ōnem. 19. qua querit̄. utrū hec ſit uera: plures hoies ſunt vnꝰ hō: que mouet̄ nō ꝓpter ꝯtinuationē in ſe: ſed ꝑꝑ exēplū Porphy. in textu. Eſt ꝑmo ꝯſiderādum ꝙ hec q̄ō eſt difficillima ⁊ vix a paucis bn̄ intelligibilis: in ſe tn̄ eſt ſūme utilis: ⁊ ad inūabiles m̄as applicabilis: qꝛ per eā multa ꝑplexa deducunt̄ ad lucē ⁊ ſcio qd loq̊r. Igit̄ hēt notari. q. de pūcto in pūctū. Cōſideremus ergo ꝑmo ꝑmū argumētū in quo doctor nitit̄ ꝓbare ueritatē ꝑtacte ꝓpōnis. ⁊ videt̄ illud argumētū fundari ſuꝑ locū a ꝑte in mō ſiue ſuꝑ illā regulā.ſ. arguēdo ab inferiori ad ſuū ſuꝑiꝰ eſt bona ꝯn̄tia. Sed hic ſic arguit: qꝛ arguit̄ ab iferiori ad ſuū ſuꝑius a ꝑte ſbi ut vʒ. Naʒ arguit ſic ꝑticipatione ſpēi plures hoies ſunt vnus hō ergo plures hoies ſunt vnus hō: ⁊ in textu doctoris ꝓbat̄ an̄s per Porphyriū. ꝯn̄tiam aūt ꝓbat doctor ſic. Nihil diminuit̄ ab aliquo niſi ponat̄ ſcc̄ū a ꝑte eiuſdē ſbi: iſtud declaro in exēplo. Nā ſicut qn̄ dico ſor. eſt albus uel hō eſt albꝰ: li hō nō cōtrahit̄ a li albus qꝛ li hō ſtat a ꝑte ſbi ⁊ li albꝰ a ꝑte ꝑdicati. Sed qn̄ dico hō eſt mortuꝰ: li hō nō diminuit̄ a li mortuum: nec quādo dico ignis eſt extinctꝰ: li ignis nō diminuit̄ a li extinctꝰ ꝑꝑ cōſil'em rōnē. Tūc addit̄ minor: ſed hec determinatio diminuēs.ſ. ꝑticipatione ſpēi ponit̄ in an̄te a parte ſbi: ⁊ li vnꝰ nō: qꝛ li vnꝰ qui deberet diminui a li ꝑticipatione ſpēi ponit̄ a ꝑte ꝑdicati ergo li vnꝰ nō diminuitur a li ꝑticipatione ſpēi: ⁊ per ꝯn̄s ꝓpō eſt uera.ſ. plures hoies ſunt vnꝰ hō: qꝛ ſi illa alia eſt uera per ꝯſeq̄ns ⁊ iſta cū nullū ſit ipedimētū uel cā diuſitatis. Tn̄ ꝑꝑ h̊ argumn̄tū ⁊ multa alia: tu qui nō multa vidiſti ſcias ꝙ triplex eſt additio. Nā q̄dā eſt additio ꝯ̄hens: qꝛ nihil tollit de rōne formali illiꝰ cui aduenit: ſed tollit de eiꝰ coitate ſi illud cui aduenit ſit terminꝰ cois uel de eiꝰ indr̄ia ad plura talia uel talia accn̄tia ſi ille ſit terminꝰ ſingularis cui aduenit. Exēplū ꝑmi ut hō eſt albꝰ. exēplū ſcd̄i ut ſor. eſt albꝰ. Nā lʒ hō uel ſor. ſit albꝰ aut niger: aut calidus: aut frigidus. ⁊ ſic de alijs hꝰi: non tn̄ ꝑꝑ h̊ tollit̄ aliqd de rōne eiꝰ formali qn ucre ſit aial rōnale ſicut ꝑus: tn̄ ab hoie tollit̄ coitas larga quā hēbat: qꝛ hō albꝰ nō eſt cois niſi hoibꝰ albis: hō aūt in cōi eſt cois oibus hoibꝰ: a ſor. aūt aut a quocūqʒ alio tali ſingulari i ꝑdicamēto ſbe tollit̄ idr̄ia ad multos colores: ⁊ tn̄ limitat̄ ⁊ artat̄ ad albedinē. Et tn̄ ut dixi: nec hō nec ſortes ꝑdit aliqd de ſuis eēntialibꝰ. Alia eſt additio que uocat̄ diminuēs ⁊ hec tollit de rōne formali imo totaliter aufert ipſam uel remouet uel ſaltē cū eiꝰ itereptione aut ablatōe ꝑmanet cuiuſmodi ſūt eē in opione tm̄ eē in memoria hoiuʒ tm̄ uel hēre eē cognitū amatū u'l recordatū tm̄ aut hēre albedinē ꝫm dētes u'l ocl'os tm̄ hꝰi. Tertia eſt additio que uocat̄ diſtrahēs. i. deſtruēs: qꝛ deſtruit illud cui addit̄ ⁊ total'r ꝑimit: nec vnq̄ʒ ſecū ſtare pōt: ſecꝰ eſt de additiōe diminuēte. hꝰi ſūt li mōtuū reſpectu hois aut aialis: li extinctū reſpectu ignis ⁊ li corruptū reſpectu viuētis aut ſani uel hꝰi. li cecum reſpectu oculi ⁊ hꝰi. Nūc aūt hec determinatio.ſ. li ꝑticipatiōe ſpēi eſt de ſcd̄o ordine: qꝛ eſt determinatio diminuens: nā diminuit vnitatē n̄alē: qꝛ ſi plures hoies nō hn̄t aliā vnitatē in hoie uel nō ſūt vnꝰ hō niſi ꝑticipatiōe ſpēi: ſeq̄tur ꝙ nō ſūt vnꝰ hō nūo: ⁊ per ꝯn̄s non uere vnus hō ſed tm̄ diminute: ⁊ ꝫm qd: qꝛ ſola vnitas nūalis eſt uera vnitas ⁊ ſimpl'r ut pʒ. 5. meᶜᶜ. c. de vno.

Scđm argumētū ponit vnā maximā seu vnā regulaz
nimis uľez ⁊ eādē ponit īfra in corpe q̄ōnis sed hic po
nit eā affirmatiue: ⁊ ibi negatiue ut patebit: ⁊ est hec.
Qñ aliqd se hēt ad aliq̄ simplr̄ ⁊ ꝓ3 qd si sibi addať ali
quid determinās ad scđm qd stat tm̄ pro illo. Jlla re
gula que est maior argumēti: īfra declarabiť. sed li vn⁹
uel li vnū se hēt ad vnū nūo simplr̄. s. qꝛ tm̄ vnū nume
ro est uere ⁊ simplr̄ vnū. Ad vnū aūt spē se hēt ꝓm qd:
qꝛ vnū spē est solū vnū ꝓm qd ⁊ diminute: sic ēt vnuz
gñe est vnū ꝓm qd ⁊ etiā vnū ꝓportione ꝓm magis ⁊
minus: ergo cū in ista ꝓpōne plures hoīes sunt vn⁹ hō
nomē spēi. s. hō addiť ad li vnus ut patet: qꝛ dꝛ ꝙ plu
res hoīes sunt vn⁹ hō ⁊ per ꝯñs li vnus diminuiť ⁊ li
mitať per hāc additionē uel determinationē diminuē
tē que dꝛ hō ad stādū solum pro vno ꝓm qd. s. pro vno
spē. Et certū est ꝙ plures hoīes sunt vn⁹ hō in spē uel
sunt vnū in spē: ergo illa ꝓpō est uera. Reliq̄ duo argu
mēta patebūt in rñsionibus suis. ¶ Nota tu pro scđo
argumēto ad oppositū qꝛ ṗmū argumētū clare probať
per ꝯūsionē. Nā dicit ibi ꝙ in sbo ⁊ ṗdicato accipitur
idē sub oppositis modis ⁊c̄. i. idē significatū hoīs acci
piť in sbo ⁊ ṗdicato illius ꝓpōnis false sub modis si
gnificādi oppositis. s. sub pluralitate ⁊ singularitate q
sunt modi significādi grāmaticales oppositi ut dictuz
est satis. q. xiij. Nō derelinquentes significatū in quo
subiectanť: vide ibi. Et ideo dicēdo plures hoīes sunt
vn⁹ hō: ibi significatū hoīs accipiť sub modis opposi
tis ⁊c̄. ¶ Rñdeo ad q̄ōnē. doctor dat vnā distictionē
de vno satis facilē: qꝛ ut accipiť cathegorice. i. signifi
catiue: uel sincathe^ce. i. nō significatiue sicut alia sinca
the. ut aūt sumiť cathegorice tūc li vnū est vna differē
tia entis in cōi ꝯdiuidēs ipm ⁊ distincta ꝯtra li multa
ita ꝙ vnū uel multa sunt vna passio entis disiuncta ut
alꝰs patebit. Et Antoni⁹ Andree in ṗma. q. ṗmi me^ce.
⁊ etiā libro. 4. q. ij. ⁊ vnū sic sumptū diuidiť in quatu
or mēbra. s. in vnū nūo: specie: gñe: ⁊ ꝓportione: ut pa
tet. 5. meta^ce. cap^o vno. s3 q̄lis diuisio sit ista doctor vi
deť dubitare: v3 an sit uocis equoce in significata uel
ut alicuius diuisionis se hñtis ad ista q̄tuor ut ad ꝓm
qd ⁊ simplr̄ q̄lis diuisio nō poniť a Boe. in libro diui
sionū: qꝛ nō est aliq̄ istarū sex. Quarū tres sunt per se ⁊
tres per accñs ut patet. Et ideo Boe⁹ nō tradidit ibi
oēs spēs uel modos diuisionis ut patebit ibi. q. xxiiij.
circa mediū. Si enim li vnū esset equocū ad illa q̄tuor
tūc eēt rñdēdū ad illā ꝓpōnē. s. plures hoīes sunt vn⁹
hō per distinctionē dicēdo ꝙ illa ꝓpō est distinguēda:
qꝛ aut sumiť ibi vnū pro vno nūo uel pro vno spē ⁊c̄.
Si aūt pro vno nūo: sic ꝓpō est simplr̄ falsa: qꝛ certuz
est ꝙ plures hoīes nō sunt vnus hō nūo. Si autez pro
vno spē uel gñe uel ꝓportione sic ꝓpō est simplr̄ uera.
⁊ ideo doctor dicit ꝙ ꝓpō est distinguēda ꝓꝑ equoca
tionē vnius cathegorematice ⁊ pro tribus sensib⁹. i. si
gnificatis ē uera ⁊ pro quarto est falsa. s. pro vno nūo
ut iā vidisti: ⁊ sunt illi tres sensus ⁊ significata. ¶ No
ta tñ ꝙ l3 doctor posuerit uel recitauerit hic q̄liter hec
diuisio vnius sit diuisio equoci in equocata non tñ te
net hoc qꝛ infra. q. xxiiij. circa mediū reprobat hoc al
legādo rōnē. Et ideo adhercam⁹ huic sequēti diuisiōi
v3 ꝙ vnū cathe. sumptū uel vnū cathegorematicū qđ
idē est diuidiť in illa. 4. sicut aliqd in ꝓm qd ⁊ simplr̄:
quā doctor ꝓbat hac in lr̄a: qꝛ maior est rō vnitatis in
vno nūo q̄3 in vno spē ⁊c̄. imo non est uera rō vnitatis
nisi in vno nūo ut dictū est. Jdeo sic dicēdo est sic rñdē
dū ad illā ꝓpōnē v3 negādo eā simplr̄ ⁊ oī mō: ⁊ nul
lo mō distinguēdo ipsam. Rō aūt q̄re est simplr̄ falsa:
poniť a doctore talis: ⁊ pōt poni per modū vni⁹ maxi
me ⁊ regule negatiue que tñ est eadē cū illa que pone
bať supius in ṗncipio scđi argumēti: ⁊ ponať sic. Qñ
cūq3 aliqd se hēt ad aliq̄ ut simplr̄ ⁊ ꝓm qd si nihil ꝓm
qd addať ad ꝯhēdū aut determinādū ad ꝓm qd stat sē
per pro simplr̄: ⁊ ista maxima ⁊ maior argumēti cōfir
mať per illā regulā logicalem que est ꝙ qñcūq3 aliq̄ di
ctio hēt duos sensus vnū famosiorē ⁊ aliū minus fa
mosum si simplr̄ ꝓferať ⁊ nō arteť uel determieť ad sen
sum minus famosum accipiť semꝑ pro sensu famosio
ri: ut p3 de sano: acuto: obtuso: ⁊ sic de īfinitis. Na3 qñ
dico hoc est sanū nihil aliud addēdo intelligiť de sano
formalr̄ sūpto qđ est solū in aīali: ⁊ sic de acuto in gla
dio ⁊ stilo ⁊ obtuso: ⁊ de dulci in saporib⁹ ⁊ odorifero
in odorib⁹. fama eni3 uel castitas non diciť odorifera
nisi in sensu min⁹ famoso. nec cātilena dulcis ⁊ sic de
aliȷs. Nūc addiť minor: s3 vnū sic se hēt ad vnū nume
ro: ⁊ ad vnū spē: gñe: ⁊ ꝓportione. ad vnuz nūo se hēt
simplr̄: ⁊ ad alia tria ꝓm qd: ⁊ per ꝯñs cū in illa ꝓpōne
s. plures hoīes sunt vnus hō nihil addiť ad li vnus qui
poniť a ꝑte ṗdicati ut faciat ipm stare pro vno uel pro
vnitate ꝓm qd: qꝛ li hō qui est eius substātiuū nō sic si
bi addiť nec addi pōt ut determinatio diminuēs ut sta
tim diceť in rñsione ad scđm argumētum: seqͭr ergo
ꝙ li vnus stabit pro vno nūo qui est vnū simplr̄. ⁊ ita
sequiť ꝙ illa ꝓpō est oīno ⁊ simplr̄ falsa sine aliqua di
stinctione aut glosa: ⁊ sic patet q̄liter sūpto vno cathe
gorematice qd ad illā ꝓpōnē sit dicendū. Sed doctor
tūc adiūgit ultra ꝙ ēt li vnū pōt sumi sincathegorema
tice: ⁊ tūc est sincathegorematicū sicut aliqs uel qdā ⁊
h^ꝰ. ⁊ sic sumiť in ṗncipio ṗmi Regū. ubi dicitur. Fuit
vnus hō in ramatha. i. qdā hō. sed qñ noīat ipm dicen
do: cui nomē Elchana. tūc specificať idiuiduū signatū
⁊ li vnū hoc mō simplr̄ dicit modū itelligēdi certū cui
addiť pro supposito uel idiuiduo determinato ideter
minate tñ. i. pro idiuiduo uago: ⁊ nō pro indiuiduo si
gnato: qꝛ pro aliquo hoīe incōfuso ⁊ nō distincte pro
sor. uel platone: ⁊ sic idiuiduū uagū coīter dať itelligi
cū li aliqs uel li qdā ut aliqs hō uel qdā hō. Nā qñ di
co aliqs hō currit. itelligo ⁊ loquor de aliquo hoīe sin
gulari ⁊ determinato ⁊ de hoīe in cōi: tñ qꝛ nescio illū
nō dico determinate qs hō sit ille qꝛ nec sor. nec plato
nec h^ꝰ. Jdeo loquor de illo hoīe determinato indeter
minate ⁊ idistincte ⁊ q̄si ꝯfuse: ⁊ ideo ille qui dic̄ corā
iudice ꝙ aliqs hō furat⁹ est pecuniā aut iterfecit petrū
neminē accusat qꝛ singulare uagū nō timet suspēdiuz.
Sed op3 ꝙ aut dicat Paulus aut Marcus fecit hoc:
⁊ tūc talis timebit: vñ dico ꝙ vnus hō ut sic sumiť pro
idiuiduo aut supposito uago nō pōt ieē sbo illius ꝓpō
nis. s. plures hoīes sunt vnus hō. i. nō pōt ṗdicari de il
lo sbo: qꝛ falsum est dicē ꝙ plures hoīes sunt vnus hō
determinat⁹ idetermināte sumpt⁹. sic nec plures hoīes
sunt aliqs hō aut qdā hō: qꝛ sic vnus hō est suppositu3
determinatū ⁊ singulare ac vnū nūo l3 idetermiate su
mať ⁊ nō signati ⁊ disticte. Et iō ēt sic sumēdo li vnuz
sincathegoreumatice illa est ꝓpō simplr̄ falsa: ⁊ hoc ꝓ
bat doctor qñ dicit sic. nihil eni est in sbo v̄tute cuius
posset vnus hō ꝯfūdi ⁊ accipi pro diūsis qꝛ copulatio
nō ꝯfūdit ⁊c̄. Hic attēdas q̄3tū potes qꝛ passus iste est
multū obscur⁹: vñ scias ꝙ doctor hic vult obuiare tri
stib⁹ logicis: qb⁹ vꝫ ꝙ ꝓpō illa posset sustineri ꝓꝑ cōfu
sionē factā in sbo v̄tute copulatiōis ibidē sbintellecte
in li plures: sic̄ in ista ꝓpōne oīs hō est aīal li aīal ꝯfun
dit ꝯfuse tm̄ v̄tute de li oīs positi in sbo. Nā li oīs ꝯfū
dit li hō imediate ꝑ se ⁊ iō ꝯfuse ⁊ distributiue. ꝯfūdit
aūt li aīal mediate ⁊ per accñs ⁊ iō ꝯfuse tm̄: ut ēt pa
tet per doctorē in ṗdicamētis. q. ij. ⁊ iō li aīal sic ꝯfu
su3 pōt accipi pro mlt̄is: qꝛ pro oīb⁹ hoīb⁹ eo ꝙ iste hō
est aīal ⁊ iste hō: ⁊ sic ꝙ singl̄is de nō eēt uerū nisi aīal
ꝯfunderet cōfuse tm̄: qꝛ si aīal staret ibi determiate aut
ꝓ aīali determiato ⁊ idetermiate uel determiate: oīno
ꝓpō eēt falsa: qꝛ sequereť ꝙ oīs hō eēt vnū aīal singu
lare ⁊ determiatū qđ est ipossibile: ⁊ sic ad ꝓpositu3 si

eēt aliqḋ sincathegorema siue dictio hn̄s viꝫ ꝯfundēdi
p̄dicatū illiꝰ ꝓpōnis si li vnꝰ hō ꝯfuse tm̄ eēt ꝓpō uera
qꝛ tūc li vnꝰ ꝯfunderet̄ ⁊ posset accipi pro multis seu
pluribꝰ sic̄ dictuꝫ est de aiali. Sed doctoꝛ dicit ꝙ nihil
tale ponit̄ in v̄bo qḋ possit ꝯfundē ꝯfuse tm̄ illud p̄di-
catū.s.vnus hō. Nā si aliqd ꝯfunderet illud nō eēt ali
ud nisi copulatio illa: que copulatio v̄b intelligit̄ in il-
lo mō plurali.s.in li plures hoies: qḋ ostēdit̄ per Pri-
scianū qui dic̄ ꝙ plurale nihil aliud est q̄ꝫ singulare ge
minatū ut ēt doctoꝛ allegat in p̄dicamētis.q.v.in p̄n-
cipio. Et iō nihil aliud est dicē plures hoies q̄ꝫ ille hō
⁊ iste hō ⁊c̄. ⁊ iō tātū est dicē ꝙ plures hoies sunt vnꝰ
hō q̄ꝫtū est dicē iste hō ⁊ iste hō est vnꝰ hō: ubi iā exp̄sse
ponit̄ copulatio que p̄us latebat: ⁊ solum itelligebat̄.
Sed doctoꝛ ob illā copulationē latētē motꝰ dic̄ ꝙ co-
pulatio nō ꝯfūdit. ⁊ hoc ꝓbat sic deducēdo ad iconue
niēs: qꝛ si copulatio ꝯfūderet: tūc hec ꝓpō eēt uera in
sensu cōposito: duo ⁊ duo sunt duo. ꝓbat̄ qꝛ li duo in
p̄dicato ꝯfūderet̄ ab illa copulatione posita in v̄bo.s.a
li et. Qꝛ tm̄ nō ꝯfūdat̄ ꝓbat̄: qꝛ in sēsu cōposito illa pro
positio est cathegoreumatica ⁊ de copulato v̄bo ⁊ per
ꝯn̄s sibi corr̄ndet vnicū p̄dicatū: sed illud nō pōt eē li
duo qꝛ falsuꝫ est dicē ꝙ duo ⁊ duo ꝯiūctim ⁊ copula-
tim sint duo qꝛ sic sūt q̄tuoꝛ ut pꝫ oibꝰ. Nam si illa eēt
uera in sensu cōposito seq̄ret̄ ꝙ q̄tuoꝛ essent p̄cise duo
qḋ est ipossibile. Et iō solū in sensu diuiso duo ⁊ duo
sunt duo: qꝛ tūc illa est ꝓpō ypothetica que equiualet
isti. duo sūt duo ⁊ duo sunt duo: ut pꝫ per Entisberuꝫ
⁊ Albtū de saxonia in suis sophismatibꝰ: ⁊ iō sunt ibi
duo v̄ba ⁊ totidē p̄dicata ⁊ idē p̄dicat̄ per se ut pꝫ. ⁊ iō
ꝯcludat̄ ꝙ oino illa ꝓpō est falsa.s.plres hoies sūt vnꝰ
hō: qꝛ oi mō sumēdo li vnꝰ siue cathegoreumatice siue
sincathegoreumatice nō pōt ꝓpō illa v̄ificari. ¶ R̄n-
sio ad p̄m argm est clara: qꝛ dic̄ doctoꝛ ibi ꝙ illa deter-
miatio.s.li p̄ticipatōe spēi: lꝫ scribēdo ⁊ p̄ferēdo Por
phyriꝰ posuerit eā a p̄te v̄bi: tm̄ itelligēda est a p̄te p̄di-
cati f̄ꝫ ꝙ exponit doctoꝛ in l̄ra ⁊ sic determinatio illa
diminuēs ponēda ē a p̄te eiusdē extremi cū suo deter-
minabili sic̄ est ꝯueniēs. Et iō plures hoies nō sūt vnꝰ
hō sed plures hoies sūt vnꝰ hō p̄ticipatiōe spēi.i.p̄tici-
pādo spēm humanā hoc est sūt vnꝰ hō in sp̄e ⁊ non in
nūo. ¶ Ad 2m argm in quo arguebat̄ ꝙ li hō determi
naret li vnꝰ ⁊c̄. R̄ndet doctoꝛ ꝙ hoc nō ē uex: qꝛ nun
q̄ꝫ determiabile ꝯhit determiationē sed ecōuerso. ubi
nota ꝙ semp p̄tinet ad nom̄ adiectiuū determiare no
mē substātiuū sic̄ p̄tinet ad adūbiū determiare v̄bum
qꝛ adūbiū est adiectiuū v̄bi f̄m Donatū ⁊ Priscianū
⁊ iō cū li vnꝰ sit adiectiuū ⁊ p̄titiuū iō erit determinās
aut determiatio respectu hoīs aut determinatiuū li hō
aut erit determinatū uel determiabile respectu vnius.
⁊ iō li hō nō pōt determinare li vnū ut diminuat ipm
⁊ faciat stare pro vno diminuto.s. p vno in sp̄e qḋ est
vnū f̄m qd: sed li vnꝰ determinat li hō ut faciat ipꝫ sta
re pro vno hoie in nūo ⁊ singulari supposito ⁊ trahit
ipm a sua coitate specifica ad stādū pro vnico singula-
ri ⁊ iō argumētū illud nō excludit. Et addit doctoꝛ i-
mediate sic dicēs. maxime nō ad stādum f̄m qd vn̄ hic
hō mortuꝰ nō stat mortuū ⁊c̄. Pro quo dicto nota ꝙ
q̄ꝫtū ad pn̄s spectat duplex est determiatio qꝛ supiꝰ in
2o argumēto posui triplicē. vna est diminuēs ⁊ alia est
limitās ⁊ specificās ⁊ quodāmō ꝯhēs. Prima nō pōt
ꝯuenire determinabili respectu determinatiōis ul' de
terminatiui.i.substātiuo respectu adiectiui ul' v̄bo re-
spectu adūbij: qꝛ adiectiuū addicit̄ sbstātiuo tanq̄ꝫ flu
ens ⁊ istabile fixo ⁊ stabili supportāti ipm adiectiui.
Et iō de nā adiectiui est determiare illud sic̄ de nā po-
sterioris est determiare p̄us. Et iō lꝫ aliqn̄ adiectiuū ⁊
determinās determiet̄ aut large loquēdo ꝯhat̄ ad sup
posita.i.limitet̄ in quo supposito stet: sicut qn̄ dico hō
mortuꝰ. hic li mortuꝰ ꝯhit̄ quodāmō a li hoie qꝛ ꝯhit̄
ad suppom spēi hūane ⁊ nō asinine: qꝛ qn̄ dico hō mor
tuꝰ nō dico asinꝰ mortuꝰ nec bos mortuꝰ. Sed solū di
co aliqḋ suppositū nāe hūane mortuū cuiusmodi sūt
soꝛ. aut plato ⁊c̄. vn̄ li hō ꝯhit li mortuū ad suppositū
hois: ⁊ nō ad suppositū bouis uel leonis. qꝛ li mortuū
i se est idifferēs ad oino supposita oiuꝫ aialiū ⁊ sensibi-
liū ⁊ uegetabiliū qꝛ oibꝰ pōt accidē ⁊ ꝯuenire: tm̄ li hō
cū sit determiatio scḋo mō dicta ⁊ nō p̄mo non pōt ꝯ-
here nec ꝯhit li mortuū ut li mortuuꝫ stet pro mortuo
f̄m qd siue pro mortuo diminute. sic̄ dicimꝰ aliqn̄ de
hoie dormiēte uel sincopicāte aut ēt de epilentico tp̄e
sue passionis ꝙ est mortuꝰ: in qbꝰ oibꝰ li mortuꝰ stat p
mortuo f̄m qd ⁊ nō simpl'r ⁊ uere. uel meliꝰ forsan de
mortuo lapide aut aq̄ mortua qꝛ nō currit sed marce-
scit ⁊ hꝰi in qbꝰ est mors f̄m qd ⁊ iproꝓe: sed qn̄ dꝛ hō
mortuꝰ stat ibi li mortuꝰ uel li mortuū pro uere ⁊ sim-
pliciter mortuo ⁊ nō diminuto. Doctoꝛ ēt exēplificat
de hoie albo. Nā qn̄ dico hō albꝰ lꝫ li albꝰ ꝓp̄e ꝯhat li
hō ut dictū est qꝛ a sua gn̄alitate ⁊ coitate specifica ad
hūc hoiem qꝛ hō in cōi nō est albꝰ neq̄ꝫ niger. Et ab ho
mine idifferēte ad oēꝫ colorē ad vnū colorē determia
tū: tm̄ li hō ꝯhit aliq̄ mō ⁊ iproꝓe li albꝰ: qꝛ ubi li albꝰ
est de se idifferēs ad oē suppositum aialis ⁊ lapidis ac
plāte ⁊ hꝰi: iā ꝯhit̄ ad albū in supposito certe spēi.s.ad
suppositū hois: nō tm̄ ꝯhit̄ ad albū f̄m qd ⁊ diminutū
ut pꝫ: ⁊ iō ꝯcludamꝰ ꝙ lꝫ determinabile possit ꝯhē de
termiationē uel determinās aut determiatiuū ad sup-
posita uel ad certū suppositū aut singulare: nunq̄ꝫ tam̄
ad f̄m qd: ⁊ eē diminutū: ⁊ per ꝯn̄s li hō qui est deter
minabile nō pōt ꝯhē li vnꝰ qḋ est determinās ul' deter-
minatio ut li vnꝰ stet pro vno diminuto ⁊ f̄m qd.s.p
vno sp̄e qn̄ dꝛ vnꝰ hō lꝫ ꝯhat li vnꝰ ad vnū in hoie ⁊ nō
in boue. ⁊ ita ad certū suppositū. Et iō nō est ibi ꝓp̄rie
determiatio ⁊ iō argumētū nō ualet. ¶ Ad 3m argm in
quo arguebat̄ ꝙ plures hoies sūt vnꝰ hō eo ꝙ in hoie
in cōi hn̄t idiuisionē ⁊ idr̄iam ac idistinctionē ⁊ p ꝯn̄s
sūt vnū in illo. R̄ndet doctoꝛ ꝙ ista ꝯn̄tia nō ualet vꝫ
aliq̄ sūt idiuisa in hoie uel forma hūana ergo sūt vnus
hō uel hō idiuisus.i.singularis qui nō pōt diuidi in p̄-
tes v̄binas: lꝫ possit diuidi in p̄tes essentiales siue resol
ui in p̄tes itegrales: qꝛ triplex est p̄s ut sepe al's dictuꝫ
est.s.eēntialis: itegralis: ⁊ v̄bina: uel suppositiua. Et do
ctoꝛ reddit rōnē dicēs qꝛ in an̄te significat̄ uel sumit̄
hō ut hn̄s rōnē determinatiōis respectu vniꝰ. Naꝫ qn̄
dicit̄ plures hoies sunt indiuisi in hoie manifestuꝫ est
ꝙ li hoie sumit̄ ibi ut quedā determinatio ad determi
nādū modū illius indiuisionis ut det̄ intelligi ꝙ non
sit quecūq̄ꝫ indiuisio: qꝛ nō idiuisio aut idistinctio nu-
meralis qꝛ plures hoies nō idiuidunt̄ siue nō sūt idiui
si idiuisione singulari ⁊ nūali sic̄ sortes est idiuisus a se
ipso ⁊ qḋcūq̄ꝫ aliud singulare totiꝰ vniuersi sed sunt in
diuisi alia idiuisione que nō est tāta sic̄ illa p̄cedēs: sed
minoꝛ puta idiuisio specifica: qꝛ nō diuidunt̄ in sp̄e hu
mana.i.nō sunt alteriꝰ spēi ab hoie. vn̄ in hoie ⁊ quo
ad nāꝫ humanā nō diuidunt̄.s.diuisiōe specifica ut do
ctoꝛ itelligit: lꝫ bn̄ diuisione nūali qꝛ ipsa nā humana
multiplicat̄ nūo in eis eo ꝙ alius: hō in nūo est soꝛ. ⁊
aliꝰ Plato ut patet nō tm̄ aliud. Et sic patet ꝙ li hō in
an̄cedēte significat̄ ut hn̄s rōnē determiationis respe-
ctu vniꝰ. in ꝯn̄te aūt ut hn̄s rōnē determiabilis ul' su-
mit̄ ut determiabile puta qn̄ dꝛ in argto: ḡ sunt vnꝰ hō
ubi vides ꝙ li hō determiat̄ a li vnꝰ. Nūc ḡ ad ꝓposi-
tū cū in oi bona ꝯn̄tia an̄s ⁊ ꝯn̄s debeāt se ꝯhr̄ ⁊ vni-
formiter hēre ne fallacia ibidē icidat: seq̄t̄ ꝙ talis mu
tatio iter sōꝫ an̄tis ⁊ v̄bm ꝯn̄tis: ut vꝫ in an̄te sumit̄ ut
hn̄s rōnē determinatiōis ⁊ in ꝯn̄te ut hn̄s rōnē deter-
minabilis oino fac̄ ꝯn̄tiā nō ualē ⁊ sic pꝫ r̄nsio. ¶ Ad
4m argm in quo arguebat̄ uterq̄ꝫ istoꝝ est vnꝰ hō: ḡ pl'es

homies sũt vnꝰ hõ: negaꝛ ꝯñtia. Sed in arᵗᵒ ꝓbaꝛ ꝯñ-
tia sic. in oi ꝯñtia bona ⁊ formali oppositũ ꝯñtis repu
gnat añti: sed ita est hic: ergo ꝯñtia ẽ bona. mior ꝓbaꝛ
sic. nã oppositũ ꝯñtis. s. tm̃ vnꝰ hõ est vnꝰ hõ nõ stat cũ
illo añte. s. uterqꝫ istoꝝ ⁊c̃. qꝛ in añte li vnus hõ qui est
p̃dicatũ attribuiꝛ sbo ad minꝰ pro duobꝰ. Nã hoc sin-
cathegorema. s. uterqꝫ hẽt de nã sua distribuẽ terminũ
cui addiꝛ pro duobꝰ ⁊ per ꝯñs ꝯfũdit p̃dicatũ confuse
tm̃ pro duobꝰ sic̃ li oẽ ⁊ li q̃libet pro vniũsis. Et ideo
cũ ꝫm regulã iuris li plures põt dici de duobꝰ qꝛ ibi dꝛ
ꝙ duo hoies dicunꝛ plures. seqtur ꝙ cũ uterqꝫ istoꝝ sit.
vnꝰ hõ ꝙ plures hoies sũt vnꝰ hõ. Rñdet doctor ad ꝓ-
batione ꝯñtie dicẽs ꝙ illud q̃ poniꝛ loco ꝯñtis. s. plu
res hoies sũt vnꝰ hõ: que ꝓpõ est ꝯñs ad istõ añs. s. uter
qꝫ istoꝝ est vnꝰ hõ. Dico ꝙ si illud q̃ sic poniꝛ loco ꝯñ
tis sit vnũ sic̃ hic iste ⁊ iste sũt vnꝰ hõ que. s. aut est vna
cathegorica de copulato sbo ⁊ sumiꝛ in sensu cõposito
uel est vna ypothetica ⁊ copulatiua ⁊ sumiꝛ in sẽsu di-
uiso: tũc dic̃ ꝙ ꝓpõ illa est uera in sensu cõpõnis nõ tñ
diuisionis ⁊c̃. ubi nõ ꝙ ista ꝓpõ. s. iste ⁊ iste sũt vnꝰ hõ
põt hẽre duplicẽ vnitatẽ: qꝛ in illa est potẽtialis multi
plicitas de qua dictũ est in. q. viij. ⁊ iõ nec dꝫ ꝯcedi sim
plr nec negari ꝫm illud phi in elẽchis rñdẽtis ad multi
plex nõ p̃fata distinctione nõ ꝯtingit vitare redarguti
onem: ⁊ iõ ad uere multiplex cuiusmodi est multiplex
actuale ⁊ potẽtiale rñdẽdũ est per distictionẽ ne redar
guamur. Et ita maximũ icõueniẽs icidamꝰ. Igiꝛ dico
ꝙ pma vnitas illiꝰ ꝓpõnis põt eẽ vnitas sensus cõpo
siti qui reqrit vnitatẽ ꝓpõnis cathegorice ut sup̃ dcm̃
est: sic certe nõ est uera lꝫ doctor dicat ꝙ est uera in sẽsu
cõpõnis ⁊ nõ diuisionis. ubi nõ ꝙ illa lr̃a textꝰ docto-
ris est falsa. ⁊ hoc ut credo uel ex vitio scriptoris ul' ex
iadũtẽtia doctoris ut cuilibet doctissimo iterduꝫ acci
dit dũ nõ ꝯsiderat uel adũtit mẽte circa alia occupata
⁊ in simplici sepissime accidit ⁊ iõ dicaꝛ per oppositũꝫ
s. ꝙ ꝓpõ illa est uera in sensu diuisiõis ⁊ nõ cõpõnis ut
tũc dicẽdo iste est vnꝰ hõ ⁊ iste est vnꝰ hõ. Et iõ si sume
reꝛ in sensu cõpõnis. s. sic dicẽdo iste ⁊ iste est vnꝰ homo
que est de copulato sbo: tũc ꝓpõ eẽt oino falsa ⁊ iposſi
bilis qꝛ ex illa seqreꝛ ꝙ duo hoies eẽnt vnꝰ hõ singula
ris. Et iõ lr̃a doctoris hẽt corrigi in illo loco qꝛ in oi li
bro sic habeꝛ: ⁊ tũc imediate dic̃ doctor sic. ⁊ nõ hẽt ꝓ
opposito tm̃ vnꝰ hõ: sed hãc nõ plures hoies: que bene
stat cũ añte ⁊c̃. hoc dictũ uerũ est. qꝛ ut hec ꝓpõ. s. pl'es
hoies sũt vnꝰ hõ sumiꝛ in sensu diuiso: ⁊ hẽt vnitatẽ ꝓ
põnis ypothetice sic sibi ꝯ̃dicit hec ꝓpõ. s. nõ plures ho
mines sũt vnꝰ hõ ⁊ nõ ista ꝓpõ: tm̃ vnꝰ hõ est vnꝰ hõ: qꝛ
ista bñ stat cũ illa ut pꝫ. Nã iste bñ stãt sil'. s. iste est vnus
hõ ⁊ iste ẽ vnꝰ hõ. ⁊ tñ tm̃ vnꝰ hõ ẽ vnꝰ hõ. Et iõ pꝫ ꝙ li
tm̃ vnꝰ hõ ẽ vnꝰ hõ nõ opponiꝛ illi. Quapropter maife
stũ est ꝙ lr̃a doctoris in p̃fato loco corrigẽda ẽ ut dixi.
⁊ addit doctor ꝙ hic negaꝛ p̃dicatũ a pl'ibꝰ sũptis per
modũ pluriũ: q̃ ibi affirmaꝛ de pl'ibꝰ sũptis ꝑ moduꝫ
vniꝰ qꝛ ibi diuisim huic ⁊ illi. Est eni uterqꝫ signũ diui
siuũ hic ꝯiũctiꝫ ambobꝰ. Iste passus ẽ difficilis. Et iõ
nota lr̃am ⁊ pũctua: ac scribe eã sic̃ ego feci: ne decipia
ris. libri eni in hoc passu sũt coiter multũ icorrecti. Et
iõ attẽde qd dicit doctor. Nã dic̃ ꝙ hic negaꝛ p̃dicatũ
a pluribꝰ sũptis ꝑ modũ pluriũ q̃ ibi affirmaꝛ de plu
ribꝰ sũptis per modũ vniꝰ hoc est dictu. hic. s. in ista ne
gatiua nõ plures hoies sũt vnus hõ que opponiꝛ huic
